Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

1-375.

LN 1275
A-trykket
ex. 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ISA

AD LI

PHETIC

LIC

PETRO PAL

gie Doc

F



VVIT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ISAGOGE
AD LIBROS PRO-
PHETICOS ET APOSTO-
LICOS, SCRIPTA

A

PETRO PALLADIO THEOLO-
giæ Doctore, & Epiſcopo
Roſchildenſi.



VVITEBERGAE.
1557.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

REV
DO V
TIONE E
STANTI, D
DOCTO
EPISC
DENS
ME

tim inuitant,
ctrinæ,quam
didit Eccleſiæ
uat, ualde pr
numerus trac
tiquitas,Gen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

REVEREN-DO VIRO ERVDI-TIONE ET VIRTVTE PRAE-STANTI, D. PETRO PALLADIO DOCTORI THEOLOGIAE EPISCOPO ROSCHIL-DENSI, PHILIPPVS MELANTHON S. D.

SÆPE COGItare Teſtimonia quæ mentes hominum partim conuincunt, partim inuitant, ut adſentiantur doctrinæ, quam Deus proprie tradidit Eccleſiæ ſuæ, et in ea conſeruat, ualde prodeſt, quorum hic numerus traditur: Miracula, Antiquitas, Genus doctrinæ, Conſer-

☞ ij uatio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

uatio miranda inter ruinas Imperiorum. Confeſſorum conſtantia, & Arrabo in corde.

Primo loco miracula numerantur, quæ ſunt miranda facta extra ordinem naturæ. Etſi enim totus ordo naturæ de Deo & teſtimonium & commonefactio eſt, tamen cum doctrinam protulit, præſertim extra conſpectum rationis poſitam, addidit ſingularia facta extra ordinem naturæ, ut ſciri poſſet non excogitatam eſſe ab hominibus, ſed à naturæ Domino & liberrimo Creatore prolatam eſſe, diſtinctam ab aliarum gentium opinionibus, quæ etiam ſua quædam miracula narrant. Sed alia propria ſunt Eccleſiæ non imi-

tabilia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tabilia ullis creaturis, ut Reſuſcitatio mortuorum, ſiſti curſum Solis, Regreſſus ſolis, Puerpera uirgo & alia. Hæc uult Deus aſpici, ut certo ſtatuamus, doctrinam ab ipſo Naturæ domino traditam eſſe. Annumero miraculis etiam uaticinia Prophetarum de imperijs, & de alijs negocijs, quæ nulla creaturarum ſapientia certo proſpicere potuit. His cum reſponderint euentus, prædictiones monſtratas eſſe à mente diuina omnia ſciente, fatendum eſt.

Secundo loco Antiquitas numeratur, quæ non ut miracula, conuincit animos, ſed iuuitat tamen. Conſentaneum eſt enim Deum initio ſe patefeciſſe, & ſemper in genere humano uolu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

iſſe aliquam eſſe partem, á qua recte agnoſceretur, nec initio totum genus humanum tantum ad æternum exitium conditum eſſe. Dulcis eſt igitur primæ ætatis conſideratio, & non inerudite à Tertulliano dictum eſt: Primum quodq; uerißimum eſſe. Sic & Iuſtinus et Clemens refutant Ethnicos. Cum antiquior ſit Eccleſiæ doctrina opinionibus Ethnicis, hanc ueram eſſe, & reijciendas eſſe contrarias opiniones. Ac Moiſi libros vetuſtiores eſſe Ethnicorum ſcriptis, ipſa ſeries temporum & Imperiorum oſtendit. Nulla gens habet certam ſeriem annorum ab initio, ut Libri Eccleſiæ. Oſtendunt & nomina Gentium priora eſſe monumenta primæ Eccleſiæ. Retinent

græci

græci nomina Iapeti, Ionis, Æo-
lis, & alia multa. Vnde hi ſint or-
ti ignorant.

Cum autem ſtirpes oſtendat narratio Moſaica, fatendum eſt eam Græcis monumentis anti-quiorem eſſe. Potens & celebrata gens fuit Cimmerij, quorum po-ſteros eſſe Cimbros ueſtros ni-hil dubium eſt. Stirpem autem Græci ignorant, quam uocabuli ſonus indicat eſſe Gomer, filium Iaphet. Hodie nomen eſt Ægyp-ti in lingua ipſorũ uernacula & in lingua Arabica Mizrai, narrant autem noſtri libri Mizraim fu-iſſe filium Cam. Exiſtimantur res uetuſtæ eſſe apud Græcos bellum Argonauticum, et deinde Troianum, at ſeries annorum, quos ipſi Græci tradiderunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

oſtendunt bellum Troianum, non multum antecedere Dauidem. Herculem autem fere coætaneum fuiſſe Samſoni. Sic Ethnica nomina & hiſtoriæ teſtantur libros Eccleſiæ antiquiores eſſe, quod a ſtudioſis conſiderari ualde utile eſt.

Tertio loco genus doctrinæ poſuimus, cuius duæ ſunt partes, Lex & Euangelium. Cum autem Legis noticia omnium hominum mentibus inſita ſit, ratio in omnibus hominibus fateri cogitur, impoſſibile eſſe ullam Gentem populum Dei eſſe, quæ ſancit leges contrarias diuinæ Legi. Sunt autem hi communes furores omnium Ethnicorum, inuocare turbam Deorum, & prodigioſas

fabulas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

fabulas de Dijs fingere, & legi-
bus concedere tetras libidinum
confuſiones, Apud multos etiam
eximij cultus fuerunt, mactatio-
nes hominum, ſtupra ac adulte-
ria. Fateri igitur ratio cogit
Legem in Eccleſia rectius doceri.
Hoc argumento & veteres in re-
futationibus Ethnicorũ uſi ſunt.
Præterea Euangelium etſi non
eſt rationi notum, tamen eas res
patefacit, de quibus nihil adfir-
mare certi doctrinæ Ethnicæ
poſſunt, quarum tamen cogni-
tionem neceſſariam eſſe faten-
dum eſt. Cum homo ſit imago
Dei, & ſit conditus ut agnoſcat
et celebret Deum, Vnde ſint tan-
tæ dubitationes in mentibus hu-
manis? Vnde diſſidium mentis
& cordis? Vnde tanta ſit in cor-

de contumacia, & tanta uiciorum
incendia, cum Lex in mente luce-
at? Sint ne conditi homines ut
ſint in ſempiternis uicijs & miſe-
rijs? Quid ſit Peccatum & unde
ſit? Vnde ſit ingens moles cala-
mitatum in genere humano? Vn-
de tam uariæ diſſenſiones de
Deo? An Deus, & cur exaudi-
at homines? An poſtquam cor-
pora extincta ſunt, ſecutura ſit
alia uita, in qua futurum ſit diſcri-
men inter iuſtos & iniuſtos?
Qui homines ſint templum
Dei, & quos exaudiat & iuuet?
De his tantis rebus quantæ ſunt
tenebræ in uniuerſa Ethnicorum
ſapientia, quam uarij Philoſo-
phorum furores, qui ſicut Tita-
nes bellum inferunt cœlo, fin-
gunt aut nihil eſſe prouiden-
tiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tiam, aut Deum cauſis ſecundis alligant, & omnia ſcelera neceſſario fieri diſputant. Cum igitur fatendum ſit hominibus neceſſariam eſſe doctrinam de cauſis & remedijs mali, et ſapientia Ethnica ueram doctrinam ignoret, amplectamur uocem diuinam in Eccleſia, cum quidem Deus illuſtria teſtimonia addiderit. Fatetur ratio Legem nuſquam incorruptam tradi niſi in Eccleſia. Ibi cum certum ſit eſſe uocem Dei, audiatur & hæc doctrina, de qua Ethnicos fateri neceſſe eſt, in ſuis religionibus & doctrinis tenebras eſſe, & tamen harum quæſtionum explicationem ad agnitionem Dei, ad quam homo conditus eſt, & ad ueram conſolationem, neceſſariam eſſe. Itaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

bonis mentibus doctrinæ genus
in Eccleſia dulciſſimum eſt, cum
fontes incorrupti hauriuntur.
Non enim nomino Eccleſiam
Romanos tyrannos & Mona-
chos eorum ſatellites, qui pro
doctrina filij Dei ſparſerunt in
mundum tetra uenena, & Eccle-
ſiæ doctrinam transformarunt
in Ethnicas opiniones. Inuocant
homines mortuos, iubent ado-
rari Deum Mazam, uidelicet pa-
nem quem in pompis geſtant, ſa-
crificia pro uiuis & mortuis uen-
dunt, fingunt cultus Dei, Sceni-
cum ueſtitum, & alias præſtigias,
confirmant uagas libidines. Hoc
impium agmen non nomino Ec-
cleſiam, Sed hos qui ſonant in-
corruptam doctrinam filij Dei
traditam in Propheticis & Apo-
ſtoli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſtolicis libris, & in Symbolis. Corrumpunt & alij multi ſimplicem doctrinam, & delectant quoſdam præſtigiæ diſputationum, ut olim Stoicos, Epicureos, & Academicos. Cum autem genus doctrinæ laudamus, remoueri uolumus & corruptelas & inanium diſputationum ludos.

Quarto loco numeramus, Mirandam conſeruationē Eccleſiæ inter ruinas Imperiorum, quæ etſi in primo teſtimonio, uidelicet inter miracula, comprehendi poteſt, tamen eo diſcernitur a primo genere, quia eſt perpetuum miraculum, & teſtimonium adſiduæ præſentiæ Dei, & ad ſingularem regulam pertinet: Verbum Domini manet in æternum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

num, et quidem non humanis præſidijs, ut ſcriptum eſt: Non in exercitu, nec in robore, ſed in Spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

Quinto loco Confeſſorum conſtantia numeratur, quæ dupliciter confirmat alios, primum quia miraculum eſt, quo Deus oſtendit ſe robur addere infirmis contra terrores & ſupplicia, & præſentiam ſuam multipliciter declarat, Sicut multi in ipſis ſupplicijs excitarunt mortuos & alias res miras effecerunt. Deinde quia Celſitudo animorum in his qui ſupplicia placide ſuſtinent, oſtendit Euangelium efficax eſſe in ipſis & ſemen eſſe Dei, ut Iohannes nominat, quo inchoantur æterna uita, iuſticia & lætícia.

Sextum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Sextum Euangelij teſtimonium in ipſis credentibus perſpicue conuincit mentes & pectora, uidelicet conſolatio ſeu læticia, quæ accenditur a Spiritu ſancto, de qua Paulus inquit: Accepiſtis Spiritum, quo clamamus Abba pater, quo ſentiunt ſe in magnis doloribus erigi, qui ſuſtentant ſe cogitatione Euangelij & inuocatione, ſicut Paulus inquit: Spiritus opitulatur infirmitati noſtræ.

Hæc teſtimonia ſæpe cogitanda ſunt, ac de Sexto ſimus uigilantes, ne id nobis excutiatur fanaticorũ hominum præſtigijs, ut Anabaptiſtæ & Stenckefeldiani falſos adflatus iactant, qui remoto uerbo Dei fingunt in ocio, ſe

habere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

habere ſuos quoſdam Enthuſiaſmos, ut comperi talium multorum mendacia, & Monaſterienſe exemplum multorum oſtendit & uanitatem & maliciam. Scribit Stenckefeldius Deum ſeſe communicare hominum mentibus ſine medio, ac inde raciocinatur, accendi diuinos motus nõ cogitatione ſcriptæ doctrinæ, non miniſterio Euangelij, ſed ſimulatione toruitatis, & geſtuum tragœdijs, ſi miſceant ſermoni ficta ſuſpiria, & crocodili lacrymas & alias impoſturas arte accerſitas. In quibus maxime augent autoritatem, obtrectatio & Paradoxa, ut Sebaſtianus Francus docentibus maledicebat, & collegerat magnum uolumen dictorum Propheticorum, et Apo-

ſtolicorum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſtolicorum ,quæ in ſpeciem non congruere viderentur, Inde hoc extruebat, non ex litera iudicandum eſſe, ſed iudicium eſſe Enthuſiaſmi. Et arte in paradoxis ſpargunt accommodata ad adfectus uulgi,& ad amplificationem licentiæ, Sunt & qui libros Sibyllinos circumferunt,ex quibus ſumunt oracula accommodata ad eorum adfectus, quibus adſentantur.

Hoc genus Corybantum conſiderandũ eſt, & firmiſſime retinenda eſt Regula: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Item: Ad Legem & ad teſtimonium. Item. Euangelium eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti. Nec ſunt audiendi impoſtores qui uociferantur adflatus aliunde petendos ad Ro 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

eſſe ſine cogitatione ſcriptæ do-
ctrinæ. Tenenda eſt & regula
filij DEI, qui iubet prædicari
pœnitentiam & remiſſionem
peccatorum in nomine ſuo.

Ad hunc uſum referatur do-
ctrina, ut creſcant in nobis co-
gitatione uerbi Dei Pœnitentia,
Fides, Inuocatio, Noua obedien-
tia, & celebretur Deus ueris of-
ficijs, iuxta dictum: Milita bo-
1 Timo 1. nam militiam retinens fidem &
bonam conſcientiam. Non ſtru-
antur inſidiæ hominibus iactan-
dis adflatibus, ut ſæpe uidimus
hac arte tanquam faſcino popu-
lum ab impoſtoribus deceptum
eſſe. Ideo Filius miſſus eſt, ut
promiſſionem reconciliationis ar-
canam & ignotam omnibus crea-
turis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

turis patefaceret, & hac audita fides accendatur, & Deus ſeſe nobis communicet. Sicut Paulus inquit: Fides ex auditu eſt, auditus per uerbum Dei. Quare contumelia filium Dei adficiunt, & fidem & omnia exercitia fidei tollunt illi Corybantes, qui abducunt mentes à ſcripta doctrina.

Quanti furores ſecuturi eſſent, ſi remotis ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis cuilibet hypocritæ liceret ficta oracula ex ſuo Enthuſiaſmo tanquam in ſua tripode proferre, ac eius rei exempla uidimus in tragœdia Monaſterienſi & alibi. Quare omnes pij doctores et auditores conſtanter illis deliramentis aduerſari debent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Tuum igitur Petre conſilium et ſtudium laudo, quod & hortator es ad lectionem omnibus pijs,
1 Timo 4 Sicut Paulus inquit: Sis aſſiduus in lectione, monſtrans uiam ad ſingulos libros monſtratis argumentis. Vtinam magis ad lectionem & piam precationem adſuefieret iuuentus, quam ad cauillationes diſputationum. Certe. n. rebus recte explicatis, et non falſo conſtituta forma doctrinæ, oportet diſputationum eſſe modum. Et ueriſſimum eſt dictum: τὸ λίαν ἀκριβες συκοφαντας ποιεῖ.

Cumque ſapientia inclyti Regis, & piorum doctorum in regno ueſtro diligentia, ſic regantur ſtudia diſcentium, ut non concedatur licentia cauillandi, utiliter conſulitur Eccleſiarum tranquillitati.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

litati, & ingenia ad modeſtiam adſuefiunt. Omnia quamuis recte tradita labefactari poſſunt, ſi cauillationes audiantur, quales olim Pyrrhoniorum & Academicorum fuerunt. Ideo grauiſſime Paulus ad Philippenſes iubet doctrinæ Canonem retineri.

Oro autem filium Dei dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut & ſeruet & gubernet Eccleſias in regno Danico, & in Germania, & faciat ut ſemper in ipſo unum ſint. Bene uale. Cal. Februarij, Anno 1557.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PSALMVS XXIII. DEVS EST PASTOR MEVS.

ET Deus eſt Paſtor meus, & me ducit euntem,
  Eius & ad nutum pabula ſector ouis.
Hoc præſente mihi contagia nulla nocebunt,
  Nil mihi præſidij, copia nulla deeſt.
Namq́; uagam reuocans in paſcua pinguia miſit,
  Et læto irrigui gramine paſcit agri.
Fontis & illimes ad aquas deduxit amœni,
  Vnde aura optati grata uigoris abit.
Hic mihi languentes inſtaurat ſuauiter artus,
  Hinc animæ recreat uiſcera tota meæ.
Ille mihi cuſtos recto me tramite ducit,
  Iuſticiæ tutum, qua uia monſtrat, iter.
Nomen ei iuſtus, cauſſa mihi nominis ultro,
  Iuſticiæ donat robur & arma ſuæ.
Hinc etiam mortis ſi cœca in ualle uagabor,
  Militiæ metuam nulla pericla meæ.
Tu quoniam mecum DEVS es, tu paſtor euntem,
  Et regis, & tuto tramite ducis ouem.
Vera mihi præbent dulci ſolatia fructu,
  Virga tua, & baculus, muneris arma tui.
Virga tua, & baculus, uerbi diuina poteſtas,
  Ferrea quod ſubito corde tremore quatit.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Hæc ego dum lætor, te ſic curante, parata eſt
  Ante oculos ſplendens regia menſa meos.
Scilicet ut uideant intabeſcantq; uidendo,
  Qui mihi perniciem nocte dieq; parant.
Tu mea balſamea perfundis tempora Nardo,
  Vnde abit in totum cor mihi ſuauis odor.
Adde quod & latices mihi te miſcente ſalubres,
  Menſura eſt calicis plena fluenſq; mei.
Ergo ego dum carpam conceſſæ pabula uitæ.
  Donec in hoc mundi fece ſuperſtes ero.
Me tua contiguo præcedet gratia paſſu,
  Me tua non renuet cura paterna ſequi.
Sic habitabo tui fœlix ſacraria templi,
  Perpetuoq; domus me tegit umbra tuæ.
Diſcite mortales ſummum decus eſſe, bonumq;,
  Vnius in templo poſſe manere Dei.

Ioannes Stigelius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

EPIGRAMMA DE MONARCHIIS.

Aſpicis ut iaceant diſiecti membra Coloßi,
    Qui Chaldæa olim uiſus in arce fuit.
Stat tantum pars ima pedum ferroq́; lutoq́;
    Mixta, ſtatim rimis corruitura ſuis.
Deleuere urbes Turci populoſq́; potentes.
    Sunt igitur ferrum. Cætera regna lutum.
Sed Lapis abſq́; manu celſo de monte reuulſus,
    Mox aderit iudex filius ipſe DEI.
Totius & plantæ delens ferrumq́; lutumq́;,
    Regna dabit populo non peritura ſuo.
Ergo Dei Gnato ſe dedant pectora noſtra,
    Ipſius & diſcant iuſſa uerenda ſequi.
O λόγε Gnate Dei noſtris in mentibus adſis.
    Et flatu accendas pectora noſtra tuo.

AMEN.

PHILIP. MELAN.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE AVTORITATE VERBI DEI, ET SACRAE SCRIPTVRAE.

TANTA DEBET eſſe autoritas Verbi Dei, ſeu Scripuræ ſacræ apud omnes, ut nemo de ea re dubitare debeat: Sed quemadmodum ſuſpicimus in cœlum oculis noſtris, ita cogitemus, è cœlo ſacram Scripturam delatam eſſe, Et ut qui è cœlo uenit, ſuper omnes eſt: ita ſacra Scriptura longè ſuperat doctrinam & ſapientiam hominum. Chriſtus interrogauit Phariſæos de doctrina Ioannis Baptiſtæ, an è cœlo eſſet, an ex hominibus, Significans, illa duo genera doctrinæ longè à ſe inuicem diſtare. Quod etiam diſputatio Chriſti cum Nicodemo demonſtrat, Ioan. 3.

Jo: 3: 5:

Mat: 21

Eſt autem Verbum Dei, ſeu ſacra Scriptura Veteris & noui Teſtamenti, quæ dicitur SACRA, id eſt, ſeparata ab omnibus alijs ſcriptis, & à Spiritu ſancto deſcripta, & eſt à cœlo delata.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Porro Chriſtus diuidit Vetus Teſtamentum in tres partes. Lucæ ultimo, cum inquit: Oportet impleri quæcunq; de filio hominis ſcripta ſunt.

IN { I. Moſe. / II. Pſalmis. / III. Prophetis. } { Reliqua. his adhærent. }

Nouum Teſtamentum comprehendit ut maximè Euangelia & Epiſtolas, quæ ſunt Euangeliorum ſigilla. Vt: Ego Paulus ſic ſubſcribo, ſic obſigno Euangelium Matthæi meo ſanguine. Ego Petrus ſubſcribo. Ego Iohannes, &c.

Doctrina uerò ſacræ ſcripturæ duplex eſt: { LEGIS & EVANGELII. }

Commendatur autem ſcriptura ſacra. {
1. Sufficientia.
2. Veritate.
3. Vtilitate.
4. Autoritate.
5. Dignitate.
6. Aeternitate. }

I. SVFFICIENTIAM oſtendit Chri-
Luc 16 ſtus, cum inquit: Habent Moſen & Prophetas.
Jo: 5: Item: Scrutamini Scripturas, quia uos putatis, in ipſis uitam æternam habere. Et Paulus Galatas 1: Si quis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Si quis aliud Euangelium docuerit, Anathema ſit. Eſaiæ 8. Ad Legem & ad Teſtimonium. Deuteronomij 8: Non addetis ad Verbum meum, quod loquor uobis, Nec auferatis ex eo. Et 12: Quod præcipio tibi, hoc facito: Nec addas quicquam, nec minuas.

4

II. VERITAS *ſcripturæ comprobatur in uerbis Chriſti, Ioannis 18: Sermo tuus ueritas eſt. Et 1. Ioannis 2: Mandatum uetus & nouum uerum eſt, & uerum lumen iam lucet. Numeri 23. Non eſt Deus quaſi homo, ut mentiatur.*

III. VTILITAS *Scripturæ cernitur apud Paulum, Romanos 15: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. 2. Timothei 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, arguendum, &c.*

IIII. AVTORITAS *eſt Luce ultimo: Oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Moſe, Prophetis & Pſalmis de me. 2. Petri 1. Non uoluntate humana oblata eſt Prophetia, ſed à* SPIRITU SANCTO *impulſi, loquuti ſunt ſancti homines.*

V. DIGNITAS *apparet Eſaiæ 55. Sicut cœlum à terra eleuatum eſt, ſic etiam cogitationes*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

meæ à cogitationibus ueſtris. Et Chriſtus: *Nolite ſanctum dare canibus, nec proijciatis Margaritas ante Porcos.*

AETERNITAS. Vt: *Verbum Dei manet in æternum. Et in Luca: Cœlum & Terra tranſibunt, Verba autem mea non tranſibunt, Iohannis 6: Ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes.*

DE SACRIS BIBLIIS
ET LIBRIS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

BIBLIA, *æ. ſeu Biblia, orum, quanquam in genere Librum ſeu Libellum ſignificat: Tamen ſpecialiter dicuntur* SACRA BIBLIA, *libri ueteris & noui Teſtamenti.* SACRA *quidem, propter ſacram Theologiam ſeu literas ſacras, & doctrinam diuinam, à ſapientia Mundi ſeparatam, & è cœlo delatam.* BIBLIA, *quia in eis multi libelli continentur, quorum primus eſt Geneſis, ultimus uero Apocalypſis*

PRIMA DIVISIO BIBLIORVM.

Sacra Biblia diuiduntur in Teſtamentum. { VETVS & NOVVM.

VETVS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

VETVS Teſtamentum continet libros ſacros, qui ſunt editi ante Chriſtum natum, ut libri Moſi, Pſalmorum & Prophetarum, cum alijs aliquot, qui numero ſunt quadraginta octo.

NOVVM Teſtamentum continet libros, qui ſunt editi poſt Chriſtum natum, ut: libri Euangeliorum & Epiſtolarum, cum alijs, qui ſunt numero uiginti & ſeptem.

SECVNDA DIVISIO.

Sacra Biblia diuiduntur in ſex partes, quantum ad librorum	Legales.	1.
	Doctrinales.	3.
	Euangelici.	5.
differentiam attinet. Sunt enim alij libri Bibliorum,	Hiſtoriales.	2.
	Prophetales.	4.
	Epiſtolares.	6.

I. LEGALES, ſunt quinq; libri Moſi. Quia Lex in eis maximè deſcripta eſt.

II. HISTORIALES, qui ſimpliciter Hiſtorias ſeu res geſtas continent. Vt ſunt libri,

1. Ioſuæ.
2. Iudicum.
3. Ruth.
4. Regum.
5. Paralypo.

6. Eſdræ.
7. Nehemiæ.
8. Tobiæ.
9. Iudith.
10. Heſter.
11. Macabæorum.
12. Actorum Apoſtolorum.

III. DOCTRINALES, qui doctrinam ſingularem continent, ad ædificationem audientium, ut ſunt Libri.

1. IOB.
2. Pſalmorum.
3. Prouerbiorum.
4. Eccleſiaſtes.
5. Canticorum.
6. Sapientiæ.
7. Ieſu Syrach.

IIII. PROPHETALES, qui ſunt à Prophetis prædicati & ſcripti, quorum quatuor Maiores, reliqui uerò Minores dicuntur. MAIORES, quia maiores & longiores libros ſcripſerunt. MINORES uerò, quia minores & breuiores libros ſcripſerunt.

V. EVANGELICI libri, qui continent Euangelicas hiſtorias de Saluatore noſtro CHRISTO, á quatuor Euangeliſtis deſcriptos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PROPHETICOS ET APOSTO.

VI. EPISTOLARES, *ſunt Apoſtolorum ſcripta & literæ, præſertim Apoſtoli Pauli.*

TERTIA DIVISIO.

Bibliorum libri alij ſunt: { CANONICI. / APOCRYPHI.

CANONICI *libri ſunt, quibus autoritas Eccleſiaſticorum dogmatum conſeruatur.*

APOCRYPHI *ſeu dubij, ſunt, de quorum fide dubitatur, & qui tántùm ad ædificationem plebis ualent, non ad confirmanda Eccleſiaſtica dogmata, ut ſunt libri.*

1. IVDITH.
2. *Sapientiæ.*
3. *Tobiæ.*
4. *Ieſu Syrach.*
5. BARVCH.
6. *Macabæorum.*
7. *Fragmenta in Heſter & Daniele.*

Reliqui omnes ſunt Canonici libri. Alio nomine AVTENTICI. *Vnde ſcriptura Canonica & Autentica nomen habet, Et Canonici, qui ſacram ſcripturam legunt & interpretantur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ISAGOGE AD LIBROS

DE LEGALIBVS, SEV QVINQVE LIBRIS MOSI.

LIBRI MOSI NOMEN HABENT Græcum Πενθατευχον, à numero quinario, quia Quinq; tantùm ſunt. Et ex Ebræo quinq; quinquintates dicuntur. Adſcribuntur autem Moſi, uel quia Moſes eos ſcripſit: uel quia Moſi hiſtoriam continent, & quid ſeruus ille fidelis Moſes egerit in domo Dei, Cùm Eſaias Propheta dicatur horum librorum ſcriptor fuiſſe. Sunt autem hi quinq;.

1 GENESIS.
2. Exodus.
3. Leuiticus.
4. Numeri.
5. Deuteronomius.

I. DE GENESI.

GENESIS à gignendo nomen habet, ſeu á generatione: Quia liber eſt generationis Mundi, propter creationem rerum, & propter reſtaurationem poſt Diluuium. Habet autem Quinquaginta Capita, nec non in Sex partes diuiditur Principales, propter ſex illuſtres perſonas, quarum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

quarum hiſtoriæ ſeu res geſtæ in Geneſi deſcribuntur. Vt,

1. A Primo capite uſq; ad ſextum deſcribitur ADAM.
2. A Sexto capite uſq; ad duodecimum NOE.
3. A Duodecimo uſq; ad uiceſimum ABRAHAM.
4. A Viceſimo uſque ad uiceſimum octauum ISAAC.
5. A Viceſimo octauo uſq; ad Triceſimum ſeptimum IACOB.
6. A Triceſimo ſeptimo uſq; ad finem libri deſcribitur IOSEPH.

Continet autem Geneſis in ſumma.
- I. INITIVM MVNDI.
- II. Diluuium.
- III. Incendium Sodomorum.
- IIII. Deſtructionem Babel.
- V. Res geſtas Patriarcharum.
- VI. Maximè uerò Lapſum generis Humani, & reſtaurationem per ſemen Mulieris benedictum, id eſt, IESVM CHRISTVM.

II. DE EXODO.

EXODVS ab exeundo nomen habet, quia deſcribitur hîc exitus filiorum Iſraël de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Aegypto, Nec non illorum conuerſio in Deſerto, ubi LEX eſt promulgata, quoniam neſciebatur, quid eſſet Peccatum. Tunc enim dedit Deus Legem Decalogi populo ſuo. Deinde Ceremoniales & Iudiciales leges per Moſen inſtituit, ut Religio & Politia apud Iudæos conſeruarentur. Quibus omnibus, ut extructione Tabernaculi CHRISTVS adumbratus eſt, ut, Lex eſt Pædagogus in CHRISTVM.

PRINCIPALIS DIVISIO EXODI.

A primo capite uſq; ad Septimum poſt deſcriptionem Natiuitatis. II. Occultationis, III. In aquam proiectionis, IIII. Adoptionis, V. Figuræ, VI. Coniugij Moſi, Dat Deus ei mandatum redeundi in AEgyptum, & educendi populum Iſraeliticum (quia ſeruitute acerba premebatur á Pharaone) ex AEgypto. Quod mandatum poſt longam tergiuerſationem exequitur tandem (in medio quarti capitis) & uadit in AEgyptum, & cum fratre Aarone ingreditur ad Regem Pharaonem, & expoſtulat cum illo de populo dimittendo, qui numeratur in Sexto capite.

II. A Septimo capite, uſquè ad Duodeci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

mum, deſcribuntur Decem plagæ AEgypti, ut ſunt:

1. SANGVINIS.
2. Ranarum.
3. Pediculorum.
4. Muſcarum.
5. Peſtis pecorum.
6. Vlcerum ueſicarum.
7. Grandinis.
8. Locuſtarum.
9. Tenebrarum.
10. Mortis Primogenitorum.

III. A Duodecimo capite uſq; ad Decimum ſextum, adſcribitur liberatio populi Iſraëlitici ab AEgypto, non ſine perſequutione, tamen in potenti manu DEI.

IIII. A Decimo ſexto capite uſq; ad Viceſimum deſcribitur profectio populi Dei per Deſertum, & Murmuratio. Dei uero liberalitas in MAN & Coturnicibus.

V. In Viceſimo primo Capite datur Moſi DECALOGVS.

VI. A Viceſimo primo capite uſq; ad uiceſimum quintum Iudiciales leges ordinantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

VII. A Viceſimo quinto uſq; ad Triceſimum ſecundum ordinantur leges Eccleſiaſticæ ſeu Ceremoniales, de ſtructura Tabernaculi.

VIII. A Triceſimo ſecundo capite uſq; ad triceſimum ſextum dantur Tabulæ Decalogi.

IX. A triceſimo ſexto uſq; ad quadrageſimum Caput, deſcribitur extructio Tabernaculi. In ultimo Capite, nempe in quadrageſimo, deſcribitur erectio Tabernaculi. Tantum de Exodi libro.

III. DE LEVITICO.

LEVITICVS tertius liber Moſi nomen habet à Tribu Leui, propter Sacerdotium Aaron, quod ordinatur in hoc libro cum ſuis legibus, & inſtituitur propter peccatum purgandum & expiandum, ut ſignificet uerum Sacerdotem CHRISTVM IESVM, agnum DEI, qui tollit peccata mundi. Huc enim pertinent Leuitica Sacrificia, Leuiticæ ſanctificationes, & immundiciæ & aliæ Leuiticæ obſeruationes, quibus Chriſtus adumbratur.

Diuiditur hic Liber in multas particulas, quia multas continet obſeruationes Ceremoniales ſeu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Eccleſiaſticas, ut merito uocetur Ordinatio Moſi Eccleſiaſtica.

Ab initio primi Capitis uſq; ad ſextum caput deſcribuntur aliquot ſacrificiorum ſpecies, ut in hoc Libro multæ continentur, quarum quædam hic ſunt commemorandæ.

I. *Primum genus* HOLOCAVSTVM **Brendeoffer** / *quaſi totaliter comburendum ſacrificium, quia totum deberet comburi, & inde nihil reſeruari, ſicut ex alijs ſpeciebus deberent quædam Sacerdotibus reſeruari, Capite primo.*

II. OBLATIO **Madoffer** / *alioqui Carbam & Micam, id eſt, domum ſeu munus dictum hoc ſacrificium, ut oblatio multiplicium panum, Capite ſecundo.*

III. HOSTIA PACIFICORVM **Tackoffer** / *qua homines reconciliati & pacem conſequuti, gratias egerunt Deo. Vnde à Pace nomen habet apud Ebræos, ut ſit ſacrificium gratiarum actionis per animalia munda utriuſq; ſexus, ab Homine recepto & reconciliato oblata, Capite tertio.*

IIII. HOSTIA PRO PECCATO **Syndoffer** / *ſacrificium quod deberet offerri pro peccato Sacerdotis, Populi, Principis, Capite quarto.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

V. *Sunt & aliæ ſpecies adiungendæ, quarum infra fit mentio in hoc libro, ut* HOSTIA PRO IGNORANTIA, *Sacerdotis, Princi-pis, Populi.*

VI. HOSTIA PRO DELICTO, **Vſkydoffer** / *ſeu* **Vannkundighedes-offer.**

VII. LIBANVM **drinckoffer** / *Ebraicè Neſich.*

VIII. VOTIVVM *ſacrificium* **Löffel-ſens offer/eller Löffte offer** / *Ebraice Ne-der, quando homines ſua ſponte fouebant aliquod uotum Sacrificij.*

IX. ANATHEMA **Brandoffer / eller Forbandelſels offer** / *quando maledixe-runt ſibi homines, Si hoc aut illud reciperent, illud de quo ſic maledixerunt ſibi, debet offerri Domino.*

Summa, in quinq; prioribus capitibus deſcribun-tur uariæ ſpecies ſacrificiorum, ut cauſæ, pro qui-bus offerri deberent.

A capite Sexto uſq; ad Nonum recenſentur ua-riæ leges Sacrificiorum, ut I. Holocauſti. II. Hoſtiæ pacificorum. III. Hoſtiæ pro peccato. Item, con-ſecrationis.

A Nono uſq; ad undecimum tria nobis in exem-plum deſcripta ſunt. Primò, obedientia erga Deum,

capite

capite nono. Secundò, Inobedientia erga Deum, capite 10. Tertiò, mandatum de Sobrietate.

Ab undecimo capite uſq; ad Decimum octauum deſcribuntur non ſolum immunda animalia, ſed etiam aliæ immundicies & expiationes, ut ſunt.

1. PVERPERARVM. Cap. 12.
2. Hominum Leproſorum. Cap. 13.
3. Mulierum Menſtruarum. Cap. 14.
4. Morticiniorum.

A decimo octauo uſq; ad Viceſimum tertium non ſolum gradus conſanguinitatis in ſexto præcepto deſcribuntur, ſed etiam alia præcepta copioſiori explicatione repetuntur.

A Viceſimo tertio capite uſq; ad finem, ſequuntur nunc aliæ diuinæ ordinationes, ut Feſtorum, & pro pauperibus. Secundo Votorum & Decimarum. Inde conciones & adhortationes ad obedientiam uerbi Dei, additis comminationibus, quod transgreſſores puniantur.

Hactenus de libro Leuitico, qui tradit leges & ordinationes Moſaicas, de externo cultu Dei, qui non ſolum à Gentibus Iudæos diſcernebant, ſed in quo ſe exercebant, non ut Holocauſtis peccata abolerentur coram Deo? quia remiſſio pecca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

torum fit per ſolum filium Dei) ſed ut per hanc externam diſciplinam, quæ ſuam mercedem annexam habuit, Deo ſeruirent.

IIII. DE LIBRO NVMERORVM.

HIC Liber à numerando nomen habet, quia populus Dei ſecundum Tribus numeratur, & ad exercitium Religionis diſponitur & ſingulis Tribubus ſuæ manſiones & officia ſua diſtribuuntur & ordinantur. Præterea recitantur multæ tranſgreßiones populi, multa pericula, multæ pœnæ, multaq́; interim beneficia Dei populo collata, inter montem Sinai & terram promißionis uerſanti, Quæ omnia CHRISTVM reſpiciunt, propter quem inſtituta fuit Reſpublica Iſraëlitica. Et uaticinium Balaam de Regno CHRISTI continetur in hoc libro.

DIVIDITVR AVTEM HIC liber in multas partes.

Ab initio libri uſq; ad quintum caput numerantur in genere primùm, omnes Tribus populi Iſraelitici, & in circuitu Tabernaculi ſingularum Tribuum caſtra ordinantur. Deinde in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſpecie numeratur Tribus LEVI, cui ſeorſim ſua officia diſtribuuntur.

A Quinto Capite uſq; ad Septimum, deſcribuntur uariæ leges, ut: I. eijciendorum extra caſtra. II. Zelotipiæ. III. Nazaræorum. Quibus addita eſt in fine ſexti Capitis formula Benedictionis, qua noſtri Miniſtri, finita Chriſti Cœna (pro ITE MISSA EST) utuntur, cuius tres ſunt particulæ.

I. Benedicat DOMINVS te, & cuſtodiat te.

II. DOMINVS illuminet te uultu ſuo, & miſereatur tui.

III. DOMINVS leuet faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem.

A Septimo Capite uſq; ad undecimum deſcriptæ ſunt uariæ ordinationes, propter egregia Principum munera, quæ in dedicatione Tabernaculi erecti, & Altaris, offerebantur, Vt: Ordinatio Conſecrationis Leuitarum in octauo Capite. Ordinatio Feſti PASCAE in nono Capite. Ordinatio Tubarum in decimo Capite, Quæ pars ordinatur in fine orationis Moſi, ante eleuationem & diſpoſitionem Arcæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Ab Vndecimo uſq; ad Decimumſeptimum, deſcribuntur horrenda exempla, quibus Homines ad timorem induci debent.

I. Murmur populi pro carnibus, & pœna murmurationis.

II. Seditio Aaron & Mariæ ſororis eius, Lepra percuſſæ, contra Moſen.

III. Perfidia Exploratorum terræ Canaan, qui populum perterrefaciunt.

IIII. Populi murmur & fletus, & pœna Incredulitatis.

V. Pœnæ peccantium per ignorantiam, ſuperbiam, & colligentis ligna Sabbatho.

VI. Seditio & pœna { CORAE. DATHAN. ABYRON. }

A Decimo ſeptimo uſq; ad Viceſimum primum præter Miraculum de florente uirga Aaronis deſcribitur dignitas, officium & præmium Sacerdotum & Leuitarum, cum ordinatione Luſtralis aquæ ex cinere Iuuenci. Quibus additur hiſtoria de morte Aaron, & Mariæ ſororis ipſius.

A Viceſimo primo Capite, uſq; ad Viceſimum quintum, poſt uictoriam in bello contra Cananæos, de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

os, deſcribitur horrendum murmurationis exemplum, ignitis Serpentibus punitum, ubi æneus Serpens, CHRISTVM repreſentauit, Ioannis tertio. Mox per tria Capita Benedictio populi, & Prophetiæ Balaam de CHRISTO deſcribitur.

A Viceſimo quinto Capite uſq; ad Viceſimum octauum, præter horrendam Fornicationis pœnam, iterum numeratur populus, ante diuiſionem terræ Canaan, & promulgatur Lex hæreditatis.

A Viceſimo octauo Capite uſq; ad Triceſimum primum deſcribuntur ordinationes Sacrificiorum in ſingulis Feſtis, Vt,

SACRIficium.
1. IVGE ſeu QVOTIDIANVM.
2. Sabbathorum.
3. Nehomeniarum.
4. Paſchale.
5. Pentecoſtes.
6. Tubarum.
7. Propitiationes.
8. Tabernaculorum.
9. Collectionis.

His additur uariorum uotorum deſcriptio.

A Triceſimo primo uſq; ad finem politica quædam ordinantur, ut,

I. Diſtributio ſpoliorum poſt uictoriam, in bello contra Amalechitas.

II. Particularis diſtributio terræ Canaan.

III. Enumeratio manſionum, in quibus Iſraelitæ per quadraginta annos interdum quieuerunt.

IIII. Deſcriptio limitum terræ Canaan, Et electio eorum, qui futuri erant diuiſores, cum parte Leuitarum, ciuitatibus refugij, & poceßionibus non ad aliam Tribum transferendis.

Hæc omnia plena ſunt exemplorum Fidei & Incredulitatis, transgeßionum, pœnarum, & mirabilium ordinationum Dei, CHRISTVM in carnem uenturum reſpicientia.

V. DE DEVTERONOMIO.

DEVTERONOMION ἀ Δευτέρου & Νόμου, id eſt, à ſecunda Legis recitatione ſeu promulgatione nomen habet. Quidquid enim in Exodo & Leuitico, quantum ad Morales, Ceremoniales & Iudiciales leges attinet, di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

net, dictum & propoſitum eſt, id omne Moſes in hoc libro ferè repetit. Nam hoc neceſſarium fuit, ut populus propter inobedientiam adflictus, rurſus ad obſeruationem Legis adduceretur. Ideo Moſes Legem repetit, unà cum omnibus rebus geſtis, quæ illis contigerunt, Præterea quæ ad Sacerdotium ſpectabant, & à nouo declarat omnia, quæ ad Spiritualem & Corporalem politiam pertinebant, quæ omnia tandem eò refert, ut ad CHRISTVM nos inuitent, de quo Capite 18. clarè uaticinatur: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum &c. Lex enim eſt Pædagogus ad CHRISTVM. Et finis Legis CHRISTVS eſt.

HIC LIBER IN QVATVOR partes principales commodiſsimè diuiditur.

I. Ab initio uſq; ad Quintum Caput quædam anteacta opera, & beneficia Dei, quibus populus ſuæ ingratitudinis atq; inobedientiæ, pariter & diuinæ beneficentiæ, & ad obediendum Deo grauiter admonetur.

II. A capite Quinto uſq; ad Viceſimum repetit ea, quæ fidem uel promouere uel impedire poſſunt, & ad Spiritualem politiam, & uerum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Dei cultum in prima tabula potiſsimum ſpectant. Primùm enim uſq; ad 13. Caput, Decalogum repetit cum egregijs admonitionibus & adhortationibus ad Timorem Dei, & obſeruationem decem mandatorum Dei: Et dehortationibus ab idolatria Gentium, præſertim poſt occupationem terræ Canaan, cum aliquot hiſtoriarum recitatione. Deinde repetit fideliter ordinationes Eccleſiaſticas de Miniſtris & Miniſterio uerbi, de Decimis, de anno Iubilæo, de præcipuis feſtis, de electione Magiſtratus, de iure Sacerdotij, de ciuitatibus Refugij.

III. A Decimotertio Capite uſq; ad Viceſimum omnia quæ cultum Primæ tabulæ reſpiciunt.

IIII. A Viceſimo uſq; ad Triceſimum primum repetit ea quæ Charitatem in ſecunda tabula uel promouere uel impedire poſſunt, & quæ ad corporalem politiam pertinent, ut ſunt politicæ ordinationes.

1. De rebus bellicis.
2. De operibus Charitatis.
3. De aptis ad officium, in cœtu acceptantium.
4. De libello Repudij.
5. De gratitudine erga uerbum DEI.

Quibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Quibus adduntur pœnæ transgreſsionis mandatorum Dei, nec non obſeruationis præmia. Et quod maximè conſolatorium eſt, oſtendit capite 30. peccantibus eſſe reditum per pœnitentiam ad miſericordiam Dei.

V. A Triceſimo primo Capite uſq; ad finem libri commemorantur ea, quæ circa mortem Moſi geſta ſunt. Primum enim conſolatur populum, ne propter mortem ipſius contriſtetur aut animumq; reijciat. Deinde egregio carmine Deo gratias agit, & quæ uentura erant in terra promiſsionis uaticinatur. Mox benedicit populo ſingulisq; tribubus exemplo Iacob Patriarchæ, Geneſis 49. Valedicens eis, bene precatur, & quæ eis uentura ſint uaticinatur. Poſtremò montem aſcendit, & accipiens à Deo conſolationem ex hac uita diſceſsit, Et ut piè creditur, corpore & anima (ſicut in monte Tabor cum Elia apparuit) in cœlum delatus eſt.

Huc uſque Πενθατευχον Moſi, quod á numero Quinario, & à uerbo τεύχω, quod ſignificat inſtruo, Quaſi ſit Inſtrumentum, quod quinque Libris conſtat, nomen habet, In ſolum DOMINVM IESVM CHRISTVM reſpiciens, ut ipſemet Chriſtus tum alias tum præcipuè Lucæ ultimo teſtatur, cum inquit: Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſcripta ſunt de filio hominis in Moſe &c. Prætererea loci ex Moſe citantur in nouo Teſtamento.

DE LIBRO IOSVAE.

SEquuntur libri aliquot Hiſtoriales ordine uſq; ad Librum quintum Iob, inter quos præcipui ſunt priores, ut Ioſuæ, Iudicum & Regum, In quibus abundè ſatis diſcamus I. Timorem Dei, & Fidem. II. Infirmitatem & Crucem. III. Pœnitentiam & reſipiſcentiam. IIII. Patientiam & conſolationem.

Liber Ioſuæ nomen habet, ab ipſo IOSVA *filio* NVN, *qui alias dictus eſt* IESVS NAVE. *Moſi ſucceßit in officio Magiſtratus, Et quemadmodum Moſes populum ex Aegypto liberatum per deſertum Quadraginta annos duxit & gubernauit, non ſine potenti manu Dei: Sic Ioſua populum in terram Canaan, ſeu in terram promiſſionis, eadem Dei potentia, fortiter expugnatis Vrbibus, interfectis & profligatis Gentibus, introduxit, & inter eos terram diſtribuit. Vbi hæc tria ſunt ſeorſim obſeruanda.*

I. Quod Deus ſeruat promißionem ſuam, quinque Patriarchis factam de terra Canaan.

II. Quod

II. Quod Politia Iſraelitica ſit conſeruata propter prædicationem de ſemine Mulieris benedicto Domino noſtro IESV CHRISTO.

III. Quod DEVS pugnet pro ſuo populo contra impios, quorum peccata deuaſtatione & interfectione punit, omnibus impijs in exemplum, ut reſipiſcant.

HIC LIBER DIVIDITVR POTISSIMVM VT liber Deuteronomij, in quatuor principales partes.

I. Ab initio uſq; ad Sextum caput, præter uocationem Ioſuæ, & confirmationem ipſius, ac Reipublicæ Iſraeliticæ gubernationem, nec non Exploratorum emißionem, periculum et reuerſionem, deſcribitur miraculoſus Iordanis fluuij tranſitus cum ſuo memoriali, cumq; nouo circumciſionis, intermiſſæ per quadraginta annos, mandato, Paſcæq; celebratione.

II. A ſexto Capite uſq; ad decimum tertium deſcribuntur ut præter fœdus cum Gabionitis & peccatum anathematis urbium, ut Iericho, Hay, &c. expugnationes, & multorum Regum inter-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

fectiones, quos enumeratos habet Caput Duodecimum, ut DEVM pro ſuo populo fortiter pugnare nec non Impios delere, uideamus.

III. A Decimotertio uſq; ad caput Viceſimum, deſcribitur, diuiſio terræ Chanaan, & per ſortes ſecundum Tribus Iſraëlitarum diſtributio, qua DEI promiſsio uera eſſe declaratur.

IIII. A Viceſimo Capite uſq; ad finem definiuntur Ciuitates refugij, & agri ſuburbaci Leuitarum. Deinde remittuntur in ſua, Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe, iuxta pactum Numeri 32. Mox cura Ioſuæ de poſteris per egregiam exhortationem & ſocietatis gentium prohibitionem indicatur. Poſtremò longa beneficiorum Dei commemoratione præmiſſa, nec non percuſſo fœdere populum reuocat ad Deum. Vltimo mors Ioſuæ, & Eleazari filij Aaronis oſsiumq; Ioſeph ſepulturæ indicantur.

DE LIBRO IV- DICVM.

Liber IVDICVM ab illis iudicibus, qui poſt Ioſua dominati ſunt in Iſraël nomen habet.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

habet. Continet enim deſcriptionem progreſſus Iſraëlitici poſt mortem Ioſuæ ſub Iudicibus, qui mirabiliter populum ab Hoſtibus defenderunt. Vbi obſeruandum eſt, quòd eadem de cauſa Deus conſeruauerit Rempublicam Iſraelis, qua eam inſtituit, nempe propter Filium ſuum, qui ex IVDAICO populo naſceretur.

Porro & hoc obſeruandum eſt, quòd populus Veteris teſtamenti fuit ſub quatuor Generibus poteſtatis, iuxta rationem temporum.

I. Primum fuerunt ſub Patria poteſtate, tempore Patriarcharum Moſi & Ioſuæ.

II. Deinde ſub Iudiciaria poteſtate, tempore horum Iudicum.

III. Sub Regia poteſtate, tempore Regum.

IIII. Sub Pontificia poteſtate, tempore Pontificium uſq; ad CHRISTVM, qui unus pro omnibus primo pater æternus eſt, Secundo Iudex uiuorum & mortuorum. Tertio Rex regum. Quarto Pontifex æternus.

Fuerunt autem Iudices numero Sedecim.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

1. IVDAS.
2. Simeon.
3. Othoniel.
4. Aroth.
5. Sanyar.
6. Delbora Prophetiſſa.
7. Baruch.
8. Gedeon, qui & Hieroboal.
9. Abymelech.
10. Thola.
11. Iayr.
12. Iepthe.
13. Abapſan.
14. Achyalan.
15. Abdon.
16. SAMSON.

DIVIDITVR AVTEM LIBER IVdicum ſecundum ordinem perſonarum, prout in Iſraël dominatæ ſunt.

Ab initio libri uſq; ad ſextum Caput, deſcribuntur hiſtoriæ ſeptem, Iudicum, Iudæ, Simeonis, &c. inter quos Delbora Prophetiſſa Canticum egregium canit, Capite quinto.

A Sexto capite uſq; ad Decimumtertium præter hiſtoriam Gedeonis & filij eius Abimelech, deſcribun-

deſcribuntur & alij tres Iudices, Thola, Iayr & Iepthe, Quæ pars clauditur ſtulto uoto Iepthæ, de immolanda filia, Capite 11.

A Decimotertio uſq; ad 17. Hiſtoria Samſonis pulcherrima deſcribitur, Et per hoc ſeorſim commendatur Samſon, quod CHRISTI typum geßit.

A Capite Decimotertio uſq; ad finem libri præter Idolum Michæ & filios Dan, deſcribitur horrenda & lamentabilis hiſtoria, de uxore Leuitæ, propter quam ſtupratam, collapſam, mortuam, & in duodecim partes diuiſam, tota fere Tribus BENIAMIN deleta eſt, ut uel ex hoc uno exemplo Deum adulteria grauißimè & horrendiſſimè punire diſcamus.

Huc uſq; liber Iudicum, in quo ſunt multa exempla nobis propoſita, quæ nos ad pœnitentiam inuitant, ubi Deum uidemus grauißimè puniuiſſe ſemper Idolatriam & alia horrenda ſcelera. Pœnitentibus uerò miſericordem fuiſſe, ut meritò uocetur Liber de ira & miſericordia Dei.

DE LIBELLO RVTH.

Libellus RVTH nomen habet à Ruth, muliere Gentili, nempe Moabitide, ſeu ex populo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

pulo Moab, qui fuit filius Loth, Geneſis 19. Hic libellus continens tantum quatuor Capita, præter hoc quòd dulce exemplum eſt œconomicæ induſtriæ, etiam hoc declarat, quòd GENTES eo tempore Deo curæ fuerint, & quòd Euangelium etiam Gentibus reueletur, poſtquam hæc Ruth, & ſimiles ex Gentibus, Abrahæ ſemini iunguntur

Continet autem hic libellus partem Genealogiæ Dauidis, quæ ab Euangeliſta translata eſt in Genealogiam CHRISTI, ut ita hunc quoq; libellum CHRISTVM reſpicere uideas, & Chriſtum ex peccatoribus & peccatricibus ad abolenda peccata naſci iam olim decreuiſſe ſcias, adeoq; ſalutem ad GENTES quoq; pertinere non dubites.

DIVIDITVR AVTEM IN duas particulas

I. In duobus prioribus Capitibus exemplum eſt de Ruth, quòd Nurus omnes erga Socrus ſuas humiliter & officioſe ſe gerere debeant. II. In poſterioribus exemplum caſtitatis in Roab.

DE LI-

DE LIBRIS REGVM.

Libri hiſtoriales quatuor, qui REGVM libri inſcribuntur, ſecundum uulgatam editionem, ſunt apud Ebræos duo tantum libri, quorum prior SAMVELIS dicitur, & apud Latinos in duos libros diuiditur, qui Samuelis libri dicuntur. Poſterior uero REGVM, qui itidem in duos libros diuiditur, qui Regum libri dicuntur.

Fuit autem SAMVEL Propheta Dei ſub Saule Rege fideliſſimus & conſtantiſſimus, à quo priores duo libri nomen habent, in quorum altero Saulis, in altero uerò Dauidis hiſtoria deſcribitur.

Poſteriores uerò duo libri propriè REGVM libri dicuntur, quia omnium aliorum Regum, tam in Iuda, quam in Iſraël, hiſtorias continent.

IN primo libro Samuelis deſcribitur inchoatio tertiæ poteſtatis nimirum Regiæ, ſub impio Rege SAVLE, ſub quo Regnum & Monarchia in Iſraël inſtituta eſt.

In ſecundo libro Samuelis transfertur regnum à familia Saulis in familiam Dauidis, Regis & Pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

& Prophetæ pijßimi, qui corona Prophetarum meritò uocatur.

IN *primo libro* MELACHIM *hoc eſt, iuxta uulgatam editionem in tertio libro Regum, deſcribitur primum hiſtoria* SALOMONIS *Regis, ſub quo Templum Ieruſalem Domino ædificatum eſt.* II. *Deinde Regnum in duas partes, ſcilicet* IVDA *&* ISRAEL *diuiſum eſt, & aliquot Regum, utriusq; partis, hiſtoriæ deſcribuntur.*

In ſecundo libro MELACHIM, *id eſt, in quarto libro Regum uulgariter, ordinè Reges alij omnes deſcribuntur, in Iſrael & in Iuda. Præterea deuaſtationes & abductio populi Iſraël in Aßyriacam captiuitatem. Iuda uerò in Babylonicam captiuitatem. Interim ornantur hi libri promißione de* CHRISTO, *quæ facta eſt Dauidi,* 2. *Reg.*

CATALOGVS REGVM
populi Iudaici.

SAVL. *impius.* 1. *Reg.* 9.
DAVID.
SALOMON } *pij Reges.* { 2. *lib.* / 3. *lib.* } *Reg.*

Hi tres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PROPHETICOS ET APOSTO.

Hi tres regnauerunt ſuper totum Iſraëliticum & Iudaicum populum, ante diſsipationem Tribuum. Poſtea decem Tribus à duabus defecerunt, & facta ſunt duo Regna, ut Regnum IVDA, *id eſt, duæ Tribus, ſcilicet* IVDA & BENIAMIN, *Et Regnum* ISRAEL, *hoc eſt, aliæ decem Tribus.*

REGES IVDA.

1. ROBOAM *impius,* 3. *Regum* 12. & 14.
2. ABIAS *impius* 3. *Regum* 15.
3. ASA *pius,* 2. *Regum* 15.
4. IOSAPHAT *pius* 2. *Reg.* 22.
5. ZAMBRIAS *impius* 3. *Reg.* 16.
6. IORAM *impius* 4. *Reg.* 3.
7. OCHOZIAS.
8. IOAS. 4. *Regum* 12.
9. AMASIAS, *partim pius, partim impius,* 4. *Regum* 14.
10. AZARIAS *qualis pater talis filius,* 4. *Regum.* 15.
11. IOATHAM, *qualis talis &c.* 4. *Reg.* 15.
12. ACHAS *impius* 4. *Reg.* 16.
13. EZECHIAS *pius,* 4. *Reg.* 18.
14. MANASSES *impius* 4: *Reg.* 21.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

15. AMON, *qualis pater, talis filius*, 4. Reg. 21.
16. IOSIAS *pius*. 4. Reg. 22.
17. IOACHAS *impius*. 4. Reg. 23.
18. IOACHIM *impius*. 4. Regum. 23.
19. IOACHIM *filius, ſimilis patri.*
20. ZEDECHIAS *impius*. 4. Reg. 24.

Hic Zedechias, ultimus Dux Rex Iuda, *ductus eſt cum populo* Iuda *in* Babylonem, 4. Regum 25. *Manſitq́; in captiuitate* populus Iuda *annos ſeptuaginta, iuxta* *propheciam* Hieremiæ.

REGES ISRAEL.

1. HIEROBOAM *impius*. 4. Reg. 13.
2. NADAB *impius*. 3. Reg. 15.
3. BASSA *impius*. 3. Regum 16.
4. HEBAN *impius* 3. Reg. 16.
5. ZAMBRI *impius*. 3. Reg. 16.
6. ACHAB *impius*. 3. Regum 18.
7. OCHOZIAS. 4. Regum 5.
8. IORAM *impius*. 4. Regum 3.
9. IEHV *pro parte pius, pro parte impius*. 4. Regum 10.
10. IOACHIM *impius*. 4. Regum 13.
11. IOAS *impius*. 4. Regum 12.
12. HIEROBOAM *impius*. 4. Regum 14.

13. ZA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

13. ZACHARIAS partim pius partim impius. 4. Reg. 15.

14. SELLON impius. 4. Reg. 15.

15. MANAHEM impius. 4. Reg. 15.

16. PHACEAS impius. 4. Regum 15.

17. PHACEA impius. 4. Regum 15.

18. OSEE impius. 4. Reg. 15.

Sub hoc ultimo Rege translatus eſt Iſraël in Aſsyrios, manens in captiuitate. 4. Regum 17.

PRIMVS LIBER SAMVELIS.

in tres principales partes commodiſsimè diuidi poteſt.

Ab initio uſq; ad Nonum Caput Hiſtoria Samuelis, qui Iudex & Propheta fuit in Iſraël, deſcribitur, ut,

Natiuitas.
Vocatio
Oblatio
Senectus } SAMVELIS.

Interea etiam deſcribitur pugna populi Dei contra Philiſtim, & Miracula ad Arcam facta, nec non infortunium Heli Sacerdotis ex indulgentia filiorum. In fine huius partis prædicitur populo ius Regis à Samuele.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

II. A Capite Nono uſq; ad Sedecimum hiſtoriæ Saulis prima pars deſcribitur, ut:

1. Vocatio
2. Vnctio
3. Prophetatio
4. Confirmatio
5. Victoriæ
6 Regnum
7 Manſuetudo
8. Transgreßio

} Regis Saulis.

III. A Decimoſexto Capite uſq; ad finem deſcribitur altera pars Hiſtoriæ Saulis, in qua non ſolum in pugna contra Philiſtim, ſed multo magis in perſequendo Dauide uerſatur uſq; ad mortem, Vbi non tantum unctio Dauidis, uictoria contra Goliath, Et confœderatio cum Ionatha filio Saulis, Sed etiam multiplex, uaria & periculoſa fuga Dauidis, nec non eius liberatio deſcribitur, ut quiſque uideat, quomodo mirificauerit DOMINVS ſeruum ſuum, & eum ad inferos deduxerit & reduxerit, donec per Crucem erectus ad Regni faſtigium euaſit in Regem piißimum & Prophetam ſanctißimum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

SECVNDVS LIBER SAMVELIS,

qui totus continet hiſtoriam Dauidis, commodè in tres partes principales diuidi poteſt.

I. *Ab initio uſq; ad undecimum Caput præter uindictam de proditoribus & interfectoribus Saulis unctio & inauguratio Dauidis in regnum poſt mortem Saulis deſcribitur. Deinde fœlix ſucceſſus, plenus humanitate, pietate, uoluntate in ædificanda domo Domini, Victorijs ſuper Philiſtæos, & alios, Miſericordia, fidelitate, beneficijs &c. Cui facta eſt etiam promiſſo de* CHRISTO, *capite 7. cuius fit mentio ad Ebræos 10.*

II. *Ab Vndecimo Capite, uſq; ad Viceſimum ſecundum deſcribitur Adulterium & Homicidium Dauidis, & poſt actam pœnitentiam ad Parabolicam prædicationem Nathan Prophetæ, multiplex infortunium à proprijs filijs, qui ſtuprum intulerunt uxoribus Dauidis, Et ſeorſim periculum ſeditionis à filio Abſolone, cum alijs peccati pœnis, & regni ruina, Item, fame & alijs calamitatibus quæ ſequutæ ſunt adulterium & homicidium Dauidis.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

III. A Viceſimo ſecundo Capite uſq; ad finem ſequuntur uerba, Primùm Carminis, & Gratiarumactionis. Deinde nouiſsima uerba Dauidis, præter grauiſsimam in numerando populo offenſionem DEI, & grauiſsimam peccati pœnam, quam inter tria pœnarum genera data optione Dauid elegit. Vt & hic egregium de Ira & Miſericordia Dei Librum habeamus.

TERTIVS liber Regum, qui primus Melachim uocatur, nunc hiſtoriam Salomonis, nunc aliorum quorundam Regum continens, in tres principales partes diuidatur, ut Prima pars ſit de Salomone. Secunda de Filio Salomonis Roboam, & aliquot alijs Regibus. Tertia de impio Rege Achab, deq; Regina impijſſima Ieſabel & Helia Propheta.

SALOMONIS hiſtoria diuiditur in tres partes.
- I. Ante ædificationē templi.
- II. In ædificatione templi.
- III. Poſt ædificationem.

Ante ædificationem Templi, ab initio uſq; ad Quintum Caput præter Hiſtoriam de ſenectute Dauidis in 1. Capite, Et de morte eius in 2. deſcribitur inauguratio regni Salomonis, ſapientia, iuſticia

iuſticia & gloria eius. Cuius & Chriſtus mentionem facit Matthæi ſexto.

In ædificatione Templi primùm agitur cum Rege Hyram de Materia. Deinde de forma, poſtremò de fabrica & ſtructura à Quinto capite uſq; ad octauum.

Poſt ædificationem Templi ab octauo Capite uſque ad 12. ſequitur primùm benedictio Templi, cum oratione Salomonis. Inde ciuitatum extructiones & magnificentia Salomonis, quam ſequuta eſt Libido, nec non horrenda idololatria, propter quam ſciſsùm eſt regnum Iſraël in duas partes, & ſuſcitatus eſt Hieroboam contra Salomonem. Sic ſolent florentiſsima regna propter Idololatriam declinare, ſuccumbere, & tandem perire. Poſtremò ſeruatur Salomon propter benedictum Semen mulieris, & in pace moritur, atq; in ciuitate Dauid patris ſui ſepelitur.

Secunda pars à Duodecimo uſq; ad Decimum ſeptimum Caput continet præter Hiſtorias aliquot Regum, ſeperationem regni Iſraël á regno Iuda.

Tertia pars à capite Decimo ſeptimo uſq; ad finem libri continet non tantum Regis Achab, & Reginæ Ieſabel impietatem, iniuriam &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Tyrannidem: ſed etiam HELIAE Prophetæ orationem, conſtantiam, & tandem fugam atq; perſonale quadraginta dierum ieiunium. Vt hic liber ſit admodum celebris propter regem Salomonem, & Heliam Prophetam, qui non tantum in terra, ſed etiam in cœlo dominatus eſt.

QVARTVS liber Regum, qui eſt ſecundus Melachimi, Hiſtorias aliorum Regum Iſrael, & Iuda, poſt impium Regem Achab, continet, & celebris eſt, propter utramq; translationem, Alteram ipſius Iſrael in Aſſyriam capite 17. Alteram Iudæ in Babylonem Capite ultimo.

Porro præter Hiſtorias HELIAE & HELIZEI Prophetarum, uſque ad 10. Caput ordine ſucceßionis inuicem ſequuntur ſe Reges, partim in Iſrael, partim in Iuda. Nunc pij, nunc impij, Nunc pijßimi, ut Ioſias, Ezechias, Nunc impijßimi, ut Ioas & Manaſſes &c. uſq; ad finem Libri, ſub quibus Regibus omnes Prophetæ, ab Elia & deinceps, qui fuerunt ante Captiuitatem Babylonicam, prophetarunt, & plæriq; illorum, ut Eſaias, Ieremias, Amos, Zacharias, & cæteri, Martyrio coronati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE LIBRIS PARALIPOMENON.

PARALIPOMENON à relinquendo nomen habet, quia tractat id, quod in Libris Regum ſit relictum ſeu omiſſum à παρα, id eſt, iuxta: & λείπομαι relinquo, omitto.

Poſſent autem dici Libri Chronicorum ſeu Annalium, quia continent Hiſtorias annales. Vnde titulus eſt Ebræis, DibieHamaim, id eſt, uerba dierum, Quia in his duobus Libris deſcribuntur ſigillatim geſta & facta Regum Iſrael.

Incertum eſt autem, an hi duo libri ſint ille unus, de quo fit mentio in Libris Regum, cum dicitur: Nonne hæc ſunt ſcripta in libro Verborum dierum Regum Iuda?

HI DVO LIBRI SIC DIuiduntur.

Prior, qui Triginta Capita habet, continet Hiſtorias Saulis & Dauidis, præter Tribuum enumerationem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Poſterior qui Triginta ſex capita habet, continet hiſtorias Salomonis & omnium aliorum Regum in Iuda & Iſraël.

SVMMA PRIMI LIBRI HAEC EST.

I. Ab initio uſq; ad Duodecimum caput præter hiſtoriam in Decimo Capite, de Sacerdotibus & Leuitis, in Vndecimo de morte Saulis, deſcribuntur enumerationes Patrum & Patriarcharum ab initio Mundi, ſeorſim uerò duodecim tribuum Iſrael.

II. A Duodecimo capite uſq; ad 24. Hiſtoria Dauidis, ut eſt in ſecundo libro Samuelis, amplificatur.

III. A Viceſimo quarto Capite uſq; ad finem, principum Dauidis Catalogus ponitur. Item, Oblationes, & tandem Mors ultima linea rerum Dauidem inuadit.

SVMMA SECVNDI LIBRI Paralipomenon.

I. Ab initio uſq; ad Decimum caput amplificantur ea de Rege SALOMONE, quæ in maiori parte tertij Libri Regum continentur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

II. A Decimo uſq; ad finem aliorum Regum geſta & facta deſcribuntur, quæ in fine tertij & per totum quartum librum Regum ſunt ſcripta.

DE LIBRO ES-DRAE.

DVo libri: Alter Eſdræ primus, Alter Eſdræ ſecundus, qui & Nehemiæ dicitur in unum Librum apud Ebræos coarctantur. Tertius uero & quartus liber Eſdræ apud Ebræos non ſunt, etiamſi tertius pro maiori parte ex Libro Paralipomenon ſit conflatus.

Libri ESDRAE & NEHEMIAE iuſto hiſtoriarum ordine libros Regum, & Paralipomenon ſequuntur. Sicut enim libri Regum & Paralipomenon continent hiſtorias rerum Iſraeliticarum, quæ geſtæ fuerunt ante captiuitatem Babylonicam: Ita hi duo libri, ESDRAE & NEHEMIAE, tradunt ea quæ geſta ſunt in populo Iudaico poſt Captiuitatem Babylonicam. Nam Eſdras & Nehemias (qui ſcribæ Ieremiæ fuiſſe dicuntur) reducunt populum è Babylonica captiuitate, & inſtaurant ciuitatem Ieruſalem & Templum, politica uidelicet, & Eccleſiaſtica. Quibus adiutores & horta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

hortatores ſunt Prophetæ Haggeus & Zacharias. Hæc autem reædificatio facta eſt propter CHRISTVM, qui propediem erat uenturus, in Bethlehem naſciturus, & in ſecundo iſto Templo Hieroſolymitano prædicaturus, ac tandem extra Hieruſalem paſſurus.

SVMMA LIBRI ESDRAE.

Capita ſunt decem, quæ ſic diuiduntur. I. Ab initio uſq; ad quartum caput deſcribitur liberatio populi Iudaici per Cyrum, Regem Perſarum. Deinde populus duce Zorobabele numeratur & congregatur in Hieruſalem, oblationes & feſtiuitates repetens. Et hic obſeruetur mirabile iudicium Dei, & beneficium erga Gentes per captiuitatem Iudaici populi. Sicut enim Nabuchodonoſor & Euilmerodach ante liberationem opera Danielis conuerſi ſunt, Darius uero Rex Medorum, & Cyrus Rex Perſarum poſt liberationem, Ita profuit Gentibus Iudæorum captiuitas.

A Quarto capite uſq; ad nonum, deſcribitur reædificatio Templi poſt impedimentũ Quadraginta duorum annorum ſub Dario iuniore, ad exhortationem Aggæi & Zachariæ Prophetarum, Vt uideas inuidiam & aſtutiam Satanæ, uerum Dei cultum,

cultum, quantum poteſt, impedientis. Deinde Templum per Eſdram ornatur denuo, Dario pro ſua pietate ſumptus ſuppeditante, & ablata reddente.

A Nono capite uſq; ad finem deſcribitur zelus Eſdræ in ſeparandis & amouendis alienigenis mulieribus, ubi ſeorſim obſeruandi ſunt loci de oratione & de uera pœnitentia. Et obſeruandum eſt in hoc toto libro, quomodo Deus nunc punit ſuos electos delinquentes, ut hîc per captiuitatem Babylonicam: nunc recipit eos in gratiam, ut hic per Eſdram & Nehemiam.

SVMMA LIBRI NEHEMIAE, QVI ET SECVNdus liber Eſdræ dictus eſt.

I Ab initio libri uſq; ad octauum Caput, poſt fidelem Nehemiæ Iudæi orationem, cum agnitione peccatorum ſuorum factam, impetrat ab Ethnico Domino ſuo, ARTAXERXE Rege (cuius Pincerna fuit in Perſia) ueniam redeundi ad ſuos in Iudæam, ut factum ſequi fidelem orationem uideamus. Deinde ueniens Hieroſolymam incepit ciuitatem non ſine cruce, perſequutione & multis impedimentis, reædificare, ita ut populus non ſolum Hoſtibus ita moleſtatus ſit, ut altera manu

gladium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

gladium tenere, altera uerò ædificare ſit coactus: Sed etiam tanta fame & annonæ caritate preſſus, ut Nehemias, Capite quinto, edicto mandauerit, ut omnes qui ad uſuram acceperant, totum ipſis pauperibus redderent. Poſtremò, etiamſi non fuit tutus ab inſidijs iniquorum hominum, tamen in opere proceßit, donec excubias agi, portaſq; nocturno tempore claudi iußit.

II. A ſecundo Capite uſq; ad Vndecimum reſtituitur Religio, recitatur Lex, prædicatur populo, fœdus etiam renouatur. Nam ſine Religione & uerbo Dei omnia replentur erroribus.

III. Ab undecimo Capite uſq; ad finem libri primùm diſtinguuntur habitationes populi. Deinde numerantur Leuitæ. Poſtremò ſeparantur alienigenæ mulieres. Curatur pro Leuitis, & obſeruatio Sabbathi renouatur.

TERTIVS LIBER ESDRAE, qui ſic uocatur, nihil aliud continet, quàm illorum amplificationem, quæ ſunt in libro Nehemiæ comprehenſa, præter ea quæ in primo Capite ex libris Paralipomenon repetuntur.

QVARTVS LIBER ESDRAE, qui non ipſius Eſdræ uidetur eſſe, collectus eſt ex pluribus, & amplificationem eorum, quæ ſunt in primo libro Eſdræ ſufficienter deſcripta, continet,

ut non

ut non ſit ueriſimile, Eſdra uel tertio eadem repetiuiſſe. Sed & ut ſeſe res habet, hi duo poſtremi libri ut non ſunt in Ebræo, nec in Germano Lutheri, ita nullius ferè ſunt utilitatis.

Igitur ad libros, qui ſequuntur, ut I. TOBIAE. II. IVDITH. III. HESTER, qui etiam inter Hiſtoriales computari poſſunt, tranſeamus, & quid ad ædificationem in ſumma contineant, breuiter percurrendo uideamus.

DE LIBRO TOBIAE.

Liber TOBIAE, ſiue ſit Hiſtoria, ſiue alioqui excogitatum quid, ut eſſe uideatur Comœdia, ſuam habet utilitatem. Indicat enim, quomodo ſoleat accidere pio Ruſtico, aut alicui in coniugio uiuenti, nimirum ut adfligatur. Sed exitus tandem eſt fœlix, ut diſcant hîc coniuges habere patientiam in fide & ſpe æternæ uitæ. Eſt itaq; liber Tobiæ ſpeculum ſtatus coniugalis, & exemplum libri Ieſu Siracidæ, pro patreſamilias.

Sunt Quatuordecim Capita, quæ ſic diuidantur, poſtquam ſciuerimus, Tobiam ſub Salmanaſſar Rege Aſſyriorum cum alijs Iſraëlitis ductum in Aßyriam captiuum, & illic inter impios cum cruce & perſecutione uixiſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

I. Ab initio uſq; ad quintum Caput deſcribitur Tobiæ Patris ſeu ſenioris.

1. Religio.
2. Coniugium.
3. Pietas.
4. Crux ſub Sennaherib.
5. Officium pietatis in ſepeliendis mortuis pijs.
6. Cæcitas.
7. Oratio.
8. Ieiunium.
9. φιλοστοργία, hoc eſt, paternus amor erga filium.

II. A Quinto uſq; ad Decimumtertium deſcribitur Tobiæ iunioris. I. Profectio in Rages, ciuitatem Medorum, ad domum Gabelis. II. Liberatio per Angelum à piſce. III. Coniugium cum Sara Reguli filia. IIII. Oratio. V. Reditus. VI. Sanatio patris. VII. Angeli diſceßio, &c. Quæ omnia Coniugij ſtatum, qui për Angelos etiam adminiſtratur, nobis commendant, ut ſit inter nos honorabile, Ebræos 13.

III. A Decimotertio capite uſq; ad finem, deſcribitur ſenioris Tobiæ. I. Gratiarum actio. II. Prophetatio de Hieruſalem. III. Anni. IIII. Obitus. V. Sepultura, cum Hiſtoria de Nineuæ perditione,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tione, Ieroſolymæ reſtauratione, iunioriſq; Tobiæ reditu ad ſuos, morte, &c. Sic Deus ipſe gubernat œconomiam, & adeſt fidelibus coniugibus in omnibus ſuis adflictionibus.

DE LIBRO IVDITH.

Liber Iudith ab ipſa IVDITH nomen habet, & inter Apocrypha computatur. Dubitatur enim, an ſit Hiſtoria, an uero excogitatum quid, ſicuti habet tragœdiæ formam. Vt ut autem ſeſe res habet, eſt liber utilis, & in Nicena Synodo confirmatus, ut inter ſacros Bibliorum numeretur libros. Depingit enim impiorum tyrannidem, horrendum uerò exitum. Deinde piorum fiduciam & uictoriam, tametſi ſub cruce exercentur.

CAPITA SVNT SEDECIM, quæ ſic diuiduntur.

I. Ab initio uſq; ad octauum Caput continet primùm in genere uictoriam Regis Nabuchodonoſor, per Holofernem Principem. II. Deinde minas & indignationem Holofernis contra Iſraelitas. III. Poſtremò Iſraëlitarum nunc reſiſtentiam nunc trepidationem, ut fit in cruce Sanctorum propter infirmitatem carnis, Diabolo per ſuos nimium ſæuiente.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

II. Ab Octauo uſq; ad Decimumtertium, deſcribitur ipſius IVDITH (quæ fuit uidua Iudæa, de Tribu Simeon) conſtantia in fiducia & ſpe liberationis. II. Oratio. III. Aſtutia. IIII. Succeſſus. V. Audacia in obtruncando Tyranno. VI. Reditus in Ciuitatem Bethuliam, Vt certò ſtatuamus, Deum ſaluare poſſe tam in paucis, quam in multis: tam per Mulieres, quam per uiros, ut uictoria ſit à DOMINO, cuius uirtus in infirmitate noſtra perficitur.

III. A Decimotertio Capite uſq; ad finem canunt Iudæi triumphum poſt uictoriam, & hoſtibus interfectis agunt gratias Iudith, Et ipſa Iudith DEO gratias agit, Et tandem in bona ſenectute ex hac uita diſceßit. Laus, Gloria & honor DEO, qui profligatis impijs, ſuos electos, quibuscunq; tandem medijs, defendit & ſeruat.

DE LIBRO HESTER.

Liber Heſter ab HESTER, muliere Iudæa nomen habet, quæ ducta eſt in uxorem ab Ahaſuero, qui aliàs dicitur ARTAXERXES, Cyri in Imperio Perſico ſucceſſor. Quæ enim in hac Hiſtoria continentur, contigerunt in Monarchia Perſica, poſt reditum Iudæorum ex Babylonia, ſed ante inſtaurationem populi.

Porro Deus, ut conſeruaret populum ſuum, in quo CHRISTVS naſceretur, & hîc mirabiliter propulſauit periculum, quod in omnes Iudæos, qui reliqui adhuc erant in Perſia, intendebatur, ut hoc exemplo conſolaretur eos, qui domum redierant, & excitaret eos, ut confidenter & alacriter pergerent in reſtauranda ea politia, in qua CHRISTVS prædicaturus eſſet Euangelium, & inchoaturus ſuum regnum.

Quantum ad libri diuiſionem attinet, obſeruandum eſt, nouem priora capita tantùm in Ebræo haberi, Reliquum uero uſq; ad finem in Ebræo non haberi. Ideoq; & in Germanico Lutheri à reliqua parte ſeparatum, & per ſe poſitum in fine ueteris teſtamenti.

Sunt alioqui Sedecim Capita, ſicut & in libro Iudith, quæ ſic diuidantur, quaſi in modum Comædiæ. VT PRIMVS ACTVS ſit uſq; ad Quartum Caput, in quo Regina VASTHI marito ſuo inobediens repudiatur, uirginumq; pulcherrima HESTER eligitur in Reginam. Sed per exaltationem Aman, & inſidias ipſius, lugent Iudæi, dum omnes de uita propter literas Regio edicto contra eos emiſſas periclitantur, Vt in hoc exemplo Vaſthi & Heſter uideamus, quomodo Deus mirabiliter deponit potentes de ſede, & exaltat humiles. In Aman uerò, quomodo Deus ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tempus permittit Tyrannos florere & ſæuire, ut tandem eò grauius cadant & puniantur.

SECVNDVS ACTVS eſt à Capite quarto uſq; ad nonum, in quo ſequitur conſolatio, per hoc, quod Regina Heſter à Mardocheo multis tandem precibus inducta ſuorum Iudæorum patrocinium ſuſcipit & Mardocheo Regis amicitiam conciliat, Vnde tandem Aman ſuſpenſo, poſtquam inſidiæ eius Regi ſunt manifeſtatæ, datiſq; literis quæ prioribus contrariæ fuerunt. Iudaicus populus mortis periculo liberatur, et eorum luctus in gaudium conuertitur, ut ita uerum ſit de Aman, quod Pſalmus habet: Incidit in foueam quam fecit. De populo Iudaico uero: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

TERTIVS ACTVS eſt in Nono capite, de Vindicta, quam Iudæi nunc in filios Aman, nunc in reliquos hoſtes ſuos exercuerunt. Huc uſq; in Ebræo.

QVARTVS ACTVS eorum quæ ſunt in Ebræo, de ſomnio Mardochei, unà cum interpretatione, deq; literis contra Iudæos euulgatis, & tandem de oratione Mardochei, uſq; ad Decimumquartum Caput.

QVIN-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

QVINTVS ACTVS uſq; ad finem, de luctu & oratione Heſter, deq́; interceßione eius ad Regem Ahaſuerum pro Iudæis, & literis euulgatis contra priores, de ſalute Iudæorum adeoque de conſtitutione Feſti diei, in memoriam tanti beneficij Iudæis à Deo per Heſter & Ahaſuerum, nec non Mardocheum, exhibiti. Sic & hodie & ſemper adeſt Deus ſuæ Eccleſiæ & ſuo populo ad iuuandum in omni neceßitate. Sit Chriſto gloria in æternum, Amen.

DE LIBRO IOB

Liber Iob, ab ipſo IOB nomen habet, de quo Ezechielis capite 14: Si fuerint tres uiri iſti in medio eius, Noe, Daniel & Iob, ipſi iuſticia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum. Quis autem hunc Librum ſcripſerit, an Moiſes (ut quidem putant) incertum eſt, Nec multum refert hoc ſcire, cum conſtet hunc Librum Spiritus ſancti eloquia continere.

Summa libri eſt, quod tractat hanc quæſtionem: An etiam pij à Deo adfligantur? Id probat Iob firmis argumentis, quòd Deus etiam pijs innocentibus adflictiones immittere ſoleat, tantùm ad ſuam gloriam, ut Chriſtus Ioannes 9. de cæco nato loquitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Sed huic ſententiæ opponunt ſe amici Iob, & multis uerisſimilibus argumentis contendunt, Iuſtos à Deo non adfligi. Et ſi adfligit, id propter illorum peccata fieri.

Præmittitur autem beati uiri multiplex calamitas, & incomparabilis patientiæ ſpecimen & uirtus. Deinde conſpecta uiri iuſti miſeria, offeruntur occaſiones multiplicium diſputationum, præſertim de ſumma & inexplicabili prouidentia, ſapientia etiam, & ineffabili ſcientia Dei. Aduenientes enim tres amici Iob, uiri ſapientia humana admirabiles, uaria cum ſancto uiro colloquia miſcent. Superuenit & quartus, nempe Elihu, & contra eum acerrimè contendit. Atq; tota huius libri ſumma inter hos quinq; uiros agitatur. Contentionem tandem dirimit ipſe Deus.

CONTINET AVTEM HIC LIber Quadraginta duo Capita, quæ ſic diuiduntur.

In primis tribus Capitibus continetur hiſtoria de uarijs adflictionibus Iob, & tentationibus Satanæ, primum liberos & poſſeßionem Iob, ubi uerò hæc omnia patientiſſimè tulit, tandem & perſonam ipſius inuadentis, Vbi factus impatiens, ob doloris magnitudinem, non ſolùm maledicit horribiliter diei ſuæ natiuitatis, ſed etiam laudat Mortem contra uitam hanc, cuius eum omnino cœpit ſacietas

Vbi ob-

Vbi obſeruandum eſt, quomodo inſtet Satan tentando, donec hominem contra Deum enormiter peccare faciat.

A Quarto capite uſq; ad Octauum deſcripta eſt prima diſputatio inter Iob & amicū ſuum Eliphan Themaniten. Argumentum eſt, quod Eliphas oppoſuit Iob : Deus punit homines tantùm propter illorum peccata. Iob autem reſpondens, Ita hoc ſe habere negat, & queritur de amicorum moleſtia, quòd magis eum terreant , quàm conſolentur

Ab Octauo capite uſq; ad Vndecimum, deſcripta eſt ſecunda diſputatio inter Iob & ſecundum amicum Bildad Suiten, de eodem argumento, quod Deus Iob propter peccata ſua punit. Quod iterum negat Iob ita eſſe, cum querimonia, quod ignoret cauſam ſuæ adflictionis.

Ab Vndecimo capite uſq; ad Decimum quintum, ſequitur tertia diſputatio de eodem argumento, inter Iob & tertium amicum Zophar Naamathiten, cui Iob proponit hanc quæſtionem: Quare bonis interdum malè ſit. Deinde ſoluit ipſius argumentum, & tandem queritur de miſeria omnium hominum in terra.

A Decimoquinto uſq; ad Viceſimum ſecundum, iterùm ordinè incipiunt tres amici Iob contra illlum diſputare.. Primus Elephas arguit, Iob eſſe peccatorem. Id quòd Iob non negat, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

interim redarguit, Elephan & ſocios eſſe malos conſolatores. Secundus Bildad commemorat quemadmodum ſoleat Deus multis plagis impios punire, & uult inferre, Iob eſſe impium, quia multum à Deo punitur. Iob reſpondit in ſilentio ſuam eſſe fortitudinem. Tertius Zophar arguit : Malis bene eſſe quidem, ſed non diu, & Iob talem eſſe contendit. Iob oſtendit contrarium in utraq; parte uerum eſſe, ſcilicet & impijs diu bene eſſe in hac uita, Et ſe non eſſe impium.

A Viceſimo ſecundo uſq; ad 32. duo illi amici Iob, Eliphas & Bildad, tertio ipſum Iob adhuc uehementius aggrediuntur, eadem opinione, qua prius ex humana ratione nitebantur. Sed fruſtra. Stat enim Iob infracto animo, tametſi iacet in ſumma miſeria, Et nunc docet eos, nunc iterum addit querimonias, nunc ſe purgat coram amicis, quòd fuerit inculpatæ uitæ.

A Triceſimo ſecundo uſq; ad finem, concionatur tandem DEVS ipſe coram Iob, commemorans omnia opera ſuæ potentiæ, uolens ipſum docere, quòd iniuſte ſit ab eo accuſatus. Ad quam concionem Iob ultimo Capite pœnitentiam agit & reſipiſcit, ac in integrum reſtituitur, Nobis omnibus in exemplum ueræ pœnitentiæ. Tantum de libro Iob, in quo habetur de cruce Sanctorum, &

de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

de carnis impacientia, quæ condonatur Sanctis à Deo. Sit etiam gratia Deo in æternum.

DE PSALTERIO
DAVIDIS.

PSALTERIVM *à Pſallendo nomen habet, quod canere ſignificat, quia Carmine conſcriptum eſt ad canendum. Antiquitus uocatum eſt* SOLILOQVIVM, *quia ſolius Chriſtiani hominis cum ſolo Deo colloquium habetur. Dicitur &* PARVA BIBLIA, *quia breuiter omnia, quæ in Biblijs habentur, continet, ut*

1. *Hiſtorias.*
2. *Legem.*
3. *Promißiones.*
4. *Fidem.*
5. *Conſolationes*
6. *Pænitentiam.*
7. *Bona opera.*

Autor Pſalterij DAVID *Rex & Propheta eſt, dictante* SPIRITV SANCTO. *Matthæi 22. Quomodo Dauid in* SPIRITV *uocat eum* DOMINVM?

Sunt autem Pſalmi numero Centum & Quinquaginta, qui Tripliciter diuidi poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PRIMA DIVISIO.

Alij uocantur propriè Pſalmi, alij uerò Hymni. PSALMI *dicuntur, quoties Dauid aliquid à Deo petit. Hymni uerò quoties pro accepto beneficio gratias agit.*

SECVNDA DIVISIO.

Pſalterium diuiditur apud Ebræos in Quinq; libellos, qui diſcernuntur in uulgata æditione Latinà per Amen Amen, ſeu Fiat Fiat.

I. PRIMVS *libellus continet Quadraginta Pſalmos & unum, qui ſunt omnes ipſius Dauidis, Vnde & totum Pſalterium ei adſcribitur. Et durat hic primus libellus uſq; ad Pſalmum: Quemadmodum deſiderat Ceruus &c.*

II. SECVNDVS *libellus continet* 31. *Pſalmos, qui in principio filijs Choræ Cantatoribus adſcribuntur. Deinde ſunt Dauidis omnes præter unum Aſſaphi, & ultimum Salomonis. Et durat hic Secundus libellus uſq; ad Pſalmum : Quam bonus eſt Iſrael Deus &c.*

III. TERTIVS *libellus continet* 17. *Pſalmos, quorum Vndecim Aſſapho, tres filijs Choræ, unus Dauidi, & duo poſtremi, duobus alijs cantoribus adſcribuntur. Et durat hic libellus uſq; ad Pſalmum . Domine refugium factus es nobis.*

Quartus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

IIII QVARTVS libellus continet etiam 17. Pſalmos, quorum primi nouem tribuuntur Moſi ſeruo Dei. Reliqui uero Dauidi. Duratq; hic libellus uſq; ad Pſalmum Centeſimum ſeptimum, Confitemini DOMINO &c.

V. QVINTVS libellus Quadraginta quinq; Pſalmos continet, quorum multi quidem Dauidi tribuuntur, Sed interim quidam incertis etiam autoribus, & ſignantur nunc ante Pſalmum, nunc poſt Pſalmum, nunc utroq; loco per Ebraicam uocem HALLELVIA, ut uideatur eſſe Gratiarum actio Deo, pro tali Pſalmo, cuius autor ignoratur. Et durat hic Quintus Liber uſq; ad finem Pſalterij.

TERTIA DIVISIO.

Pſalmi omnes ſunt Quintuplices. Nam alij ſunt	I.	Orationes.
	II.	Gratiarum actiones.
	III.	Conſolationes.
	IIII.	Prophetiæ.
	V.	Doctrinæ.

I. ORATIONES ſunt omnes Pſalmi, quibus aliquid à DEO petimus. Vt Miſerere mei Deus &c. Item, Exaudi nos DOMINE. Item: DOMINE ne in furore tuo arguas me &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

II. GRATIARVM *actiones ſunt omnes Pſalmi, quibus gratias agimus* Deo pro *beneficijs acceptis.* Vt: Benedicite. *Confitemini. &c.*

III. CONSOLATIONES *ſunt omnes Pſalmi, quibus nos inuicem conſolamnr.* Vt: Beati *quorum remiſſæ ſunt iniquitates.* Beatus *uir. &c.*

IIII. PROPHETIAE *ſunt omnes Pſalmi, quibus prædictus eſt* MESSIAS *cum ſuo Regno, ſua reſurrectione, aſcenſione,* Vt: *Domine Deus noſter. Eructauit cor meum uerbum bonum. Exurgat Deus, & diſsipentur Gentes. &c.*

V. DOCTRINAE *ſunt omnes Pſalmi, qui continent Hiſtorias & morum inſtructiones.* Vt: *Ecce quàm bonum & quam iucundum. Qui habitat in abdito Altiſsimi, & in umbra omnipotentis commoratur. &c. Niſi* DOMINVS *ædificauerit domum. &c.* Item: *Super flumina Babylonis.*

SVPER HAEC OMNIA MVLTI*plex eſt uſus Pſalterij. Vt, quoties*

1. *Dolet tibi cor.*
2. *Humana ope deſtitutus es.*
3. *Ab hoſte preſſus.*

4. A fu-

4. A furibus moleſtatus.
5. In exilium pulſus.
6. Inſidijs aliorum obnoxius.
7. Vxore & liberis priuatus.
8. Paupertate preſſus.
9. Morbis correptus.
10. Inuidia multorum preſſus.
11. Contemptus haberis.
12. Ab officio depoſitus &c.

Obſeruandum eſt autem, uulgatam editionem errare in numerandis Pſalmis. Ideo ſecundum Ebraicam ueritatem numerari eos oportet.

Obſeruandum eſt & hoc, Dauidem cum ſua Cythara pingi, propter hos Pſalmos, ab ipſo Cythara decantatos.

DE LIBRIS SALOMONIS REGIS.

SALOMONI Regi tres adſcribuntur libri, ut ſunt Prouerbia, Eccleſiaſtes & Cantica canticorum. Qui ſic inter ſe diuiduntur. I. Prouerbia pro Iuuenili. II. Eccleſiaſtes pro Virili. III. Cantica uerò pro ſenili ætate. Nam liber Prouerbiorum continet doctrinam dé obedientia, de bonis operibus & moribus quibus ornatur Chriſtiana iu=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ana iuuentus. Eccleſiaſtes continet doctrinam de Cruce, & conſolationes in Tentationibus, quibus in Religione & pietate prouecti tentantur & adfliguntur. CANTICA *canticorum ſunt quædam ſuaues gratiarum actiones, quibus pij hinc in plena ſenectute migraturi,* DEO *acceptum referunt totum hoc, unde ſunt hic ſuſtentati.*

DE LIBRO PROVERBIORVM.

Liber PROVERBIORVM *præter hoc, quòd continet egregias ſententias, quibus docet partim timorem Dei & fidem in Deum, partim honeſtos mores in humana uita, clariſsimam habet etiam orationem nomine Sapientiæ, de Verbo Dei æterno, quo omnia condita ſunt, & gubernantur, quod eſt* IESVS CHRISTVS, *Dominus noſter.*

DIVIDITVR AVTEM HIC LIBER *in hunc modum.*

Ab initio uſq; ad Decimum Caput ſunt quædam communes adhortationes loco præfationis ad ea, quæ decent hominem Chriſtianum, ut ſunt adhortationes ad Sapientiam, Diſciplinam, Intellectum, Honeſtatem & Probitatem, in primo Capite.

In Secundo Capite, ad audiendum & diſcendum uerbum Dei, additis promiſsionibus.

In Tertio Capite, ad credendum uerbo Dei, Ad rectè utendum bonis & poſſeſsionibus. Ad patiendum aduerſa in Cruce.

In Quarto capite, ad obedientiam erga parentes, additis promiſsionibus.

In Quinto, ad Caſtitatem, contra Scortationem & Adulterium.

In Sexto Capite, ad confidentiam in DEVM, contra confidentiam in homines. Item, ad laborandum in iuuentute.

In Septimo, ad Concordiam & caſtitatem contra Adulterium. Idq́; grauiſsimè.

In Octauo & Nono Capitibus commendat SAPIENTIAM, hoc eſt, Verbum Dei, præclariſsimè. Et huc uſq; præfatio.

A Decimo Capite uſq; ad Viceſimum quintum, ſubijcit Prouerbia ſeu Sententas, quæ cum in ſingulis Capitibus multæ & uariæ ſint, non poſſunt Capitum ſummaria oſtendi.

A Viceſimo quinto uſq; ad Triceſimum Caput, ſequuntur Prouerbia, quæ Salomoni quidem adſcribuntur, ſed ex certo libro per Sebuam fortè & alios quoſdam Scriptores Ezechiæ Regis, tranſcripta.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In ultimis duobus Capitibus etiam ſunt Pro-uerbia Salomonis, ſed ſub alienis titulis, Vt Augur & Lamuel, quibus Salomon creditur eſſe appella-tus, Primùm à congregando, quia congregauit huiuſmodi Prouerbia. Deinde à præſentia Dei, quia Deus tempore Salomonis fuit cum Iſraëlitis.

DE LIBRO QVI ECCLESIASTES DICITVR.

SEcundus liber Salomonis ECCLESIASTES dicitur, quia Salomon Eccleſiaſtes uo-catus eſt, hoc eſt, Concionator, uel quia lo-quitur ad multitudinem, non ad unum tantùm: uel propter ſapientiam, qua copioſe donatus fuit.

Quærit autem hic liber in quouis uitæ gene-re & hominum inſtitutione, firmam in hoc ſæculo fœlicitatem, ſed non inuenit, niſi VANITATEM.

Itaq; huc tandem peruenit, ut pronunciet, homini nihil melius eſſe, quam DEVM timere, & mandata eius obſeruare, ut quidquid in hoc ſæ-culo acciderit, homo tamen in iudicio Dei conſtet. Sed quia hæc ſine CHRISTO fieri nequeunt, ideo hic liber, ut reliqui, lectorem ad CHRI-STVM mittit.

SVNT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PROPHETICOS ET APOSTO.
SVNT AVTEM DVODECIM
Capita, quæ ſic diuidantur.

Ab initio uſq; ad Octauum Caput, maturæ ætatis uirum inſtituens, docet in mundi rebus nihil eſſe perpetuum, ſed caduca & breuia uniuerſa, quæ cernimus, Et damnat omnes, qui fœlicitatem alibi, quam in DEO ponunt. Damnat enim poſt Præfationem, quæ de rerum natura agit.

In Capite.
1. Sapientiam
2. Lætitiam
3. Inſtabilitatem
4. Violentiã & calumniã.
5. Multiloquium, garrulitatem & mendacium.
6. Auariciam.
7. Breuitatem dierum.

huius Mundi.

Ab Octauo Capite uſq; ad finem proponit ſapientiam cum ſuis effectibus, & deinde fructibus, uera nimirum pœnitentia, uitæ emendatione, Eleemoſina, &c. Docetq; uere beatos eſſe, qui DEO coniunguntur, & uniuntur per religionem & pietatem, ſimulq; uſum legitimum aliarum rerum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In fine recenſet incommoda Senectutis atq; deſtitutionem omnium uirium eius, qui morti appropinquat. Viuat igitur unuſquiſq; in timore DEI, *faciatq; fideliter officium ſuum, & rebus à Deo creatis utatur ad gloriam* DEI.

DE CANTICORVM LIBRO.

TErtius liber Salomonis eſt, cui titulus eſt, CANTICA CANTICORVM. *Edidit enim Salomon multa Cantica, nempe, Mille & quinq;, tertij Regum 4. Sed quia iſtud Canticum cæteris omnibus & excellentius eſt, & glorioſius, uocatur Canticum Canticorum: Continetq; ſub metaphora Sponſi & Sponſæ,* CHRISTI *& Eccleſiæ ſeu omnium piorum arcana myſteria. Nam etſi carmen eſt Euchariſticon, quo aguntur gratiæ Deo, quòd ornauerit Iſraeliticam politiam maximis beneficijs, Regno ſcilicet & Sacerdotio: Tamen adumbrat Regnum* CHRISTI, *pro quo gratias agunt Deo omnes, qui bonum certamen hic certauerunt, quibus repoſita eſt corona iuſticiæ in cœlo, dum ſuo ſponſo formaliter & æternaliter coniunguntur.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Quia autem non pōteſt diuidi in partes, cùm per octo Capita ſit perpetuum quoddam colloquium Sponſæ & Sponſi CHRISTI, *cum ſuis promißionibus, & piorum fide apprehendentium promißiones, Summa hæc tenenda eſt, quòd hic paruus liber continet præclara Encomia.*

I. DE REGNO DEI.
II. De *Miniſterio Verbi*
III. De *uarietate donorum Spiritus ſancti.*
IIII. De *perpetua fœlicitate propter* CHRISTVM.
V. De *defenſione.*
VI. De *Tranquillitate.*
VII. De *Pace. &c.*

DE LIBRO SAPIENTIAE.

Q*Vanquam hic liber ex titulo uidetur eſſe Salomonis, tamen adſcribitur* PHILONI, *Iudæorum ſapientißimo & doctiſſimo, qui Legatum Iudæorum egit apud Imperatorem Caligulam, contra cuius & ſimilium impiorū Principum tyrannidem, hunc librum Philo Iudæus ſcripſiſſe uidetur, Vt meritò Philoſophia, ſeu Phi-*

lonis ſapientia, dici poßit, Liber noſtris temporibus admodum conueniens. Commendat enim Verbum Dei contra ſæuitiam & tyrannidem impiorum, qui ſuis ſubditis uerbum Dei fauere nolunt, ſicuti Caligula Iudæis ſuam religionem inter dixit.

Obſeruabis autem, Sapientiam in hoc Libro uocari VERBVM DEI, & librum hunc interpretationem eſſe primi præcepti. Inde tandem omnis ſapientia promanat.

PORRO CAPITA HVIVS LIBRI ſunt Vndeuiginti, quæ ſic diuidantur.

I. Ab initio uſq; ad Sextum Caput, inſtituit collationem inter Iuſticiam piorum, & cogitationes Impiorum. Deinde inter bonitatem piorum & conſilia impiorum. III. Inter ſimplicitatem piorum & Tyrannidem impiorum. IIII. Inter Martyrium fidelium, & inter infœlicitatem infidelium. V. Inter conſtantiam, præmia & fœlicitatem piorum, & inter condemnatonem Impiorum.

II. A Sexto capite uſq; ad Decimum ponit grauißimas adhortationes, quibus hortatur impios ad ample-

amplectendam ſapientiam, id eſt uerbum Dei, & Diſciplinam, id eſt pœnitentiam & reſipiſcentiam, ubi ſapientiam indicat acquiri fideli oratione.

III. A Decimo capite uſq; ad Decimumſextum commendat ſapientiam, & exemplo Patriarcharum, & à miraculis ac beneficijs Dei uarijs erga ſuum populum, Idq; contra Idololatriam & impietatem, cuius maledictionem ponit. Item ſubſannationem & deteſtationem interim dum laudat miſericordiam Dei.

IIII. A Decimoſexto capite uſq; ad finem libri iterum confert iuſticiam & præmium piorum, cum iniuſticia & pœnis impiorum, inferendo exemplum de interitu Aegyptiorum. Tantum de hoc libro, ex quo multa Eccleſiaſtica cantica ſunt deſumpta.

DE LIBRO IESV SIRACIDAE.

HIc Liber, huc uſq; uocatus ECCLESIASTICVS, hoc eſt (ut quidam interpretantur) Eccleſiaſtica Diſciplina, multum uſitatus, tametſi inter Canonicos libros non ſit reputatus, uocatur proprio nomine IESV SIRACH, ab autore, qui (ut indicat Præfatio) uixit poſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

omnes ferè Prophetas in ultima parte, paulo ante Chriſti aduentum in carnem, Vir admodum pius & doctus, nimirum ex Schola & Bibliotheca Aegyptiorum in lucem prodiens, hunc librum ex multorum doctorum hominum ſcriptis concinnauit.

Eſt autem Liber inſignis, atq; in uſum Vulgi conuenientiſſimus & utiliſſimus, unde ciuis aut Paterfamilias diſcat Pietatem, Probitatem, & Prudentiam, Qualiter ſe gerat, Primum erga Deum. II. Erga uerbum Dei. III. Erga Miniſtros Verbi. IIII. Erga Parentes. V. Erga Vxorem & liberos. VI. erga proprium corpus. VII. Erga ſeruos. VIII. Erga Poſſeſſionem. IX. Erga uicinos. X. Erga amicos & inimicos. XI. Erga Magiſtratum, & Vltimo, Erga omnes homines, Vt meritò liber de domeſtica diſciplina uocari poſſit.

Cùm autem non poſſit commodè per capita diſcerni, quia non eſt liber ordine partium conſcriptus, ſed ex multorum doctorum libris collectus, & tumultuariè congeſtus, quemadmodum Apes ex uarijs floribus ſuum colligunt fauum, Satis eſt, in genere quæ continet, indicare.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

I. Primùm prouerbiales ſententias, ænigmata & ſimilitudines continet, ut hoc nomine Ieſus Sirach imitator Salomonis eſſe uideatur.

II. Deinde peculiares quaſdam antiquas & diuinas, de uiris Deo probatis, hiſtorias continet.

III. Præterea pias aliquot orationes & hymnos egregios Deo fundit & canit.

IIII. Poſtremò quibus beneficijs Deus populum ſuum ſit dignatus, quibusq; malis inimicos ſuos cumularit, indicat.

V. In ſumma, liber eſt diuina ſapientia refertiſsimus.

DE LIBRIS PROPHETARVM.

SEquuntur libri PROPHETALES, Sunt autem Prophetæ Sedecim. Quatuor maiores. & duodecim minores, de quibus ſupra.

Summa doctrinæ Prophetarum hæc eſt. Primo, quòd docent de futuro regno Chriſti. II. Deinde multis exemplis & hiſtorijs exponunt primum præceptum. III. Conſolantur adflictas conſcientias, & ſecuris minantur. IIII. Damnant idololatriam Iudæorum, quam fornicationem uocat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Eſt autem IDOLATRIA ſeu Spiritualis Fornicatio, quando Populus colit Deum, uerùm non ſecundum Verbum & mandatum Dei, ſed ſecundum ſuam Bonam (quam uocant) opinionem, Vide Iudicum Septimo & 17. Item 3: Regum 12. Item Oſeæ 2. Nam illa opinio prohibita eſt Deuteronomij 12.

DE LIBRO ESAIÆ PROPHETAE.

ESAIAS inter Prophetas, quorum ſcripta poſt Dauidem extant, iure & meritò primas tenet. Primum enim coniunctus eſt CHRISTO non ſolum fide, ſed etiam propinquitate ſanguinis. Vocat enim Chriſtum Patruelem ſuum, Capite 4. Putant autem, Amos patrem Eſaiæ, fuiſſe fratrem Regis Amaziæ, è cuius linea Chriſtus natus eſt. Deinde ſcripſit de CHRISTO, & regno eius non ſolum plures conciones, quam alij Prophetæ, ſed etiam clariores ferè ac illuſtriores, quam Euangeliſtæ. Ideo magis Euangeliſta quam Propheta dicendus, eſſet.

Vixit autem Eſaias tempore transmigrationis Decem Tribuum ſub Vzia & Ezechia, Re-

gibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

gibus Iuda, cum Oſea, Ioel, Amos & Michea in ſecundo centenario quarti Millenarij annorum Mundi. Prophetauitq; ultra centum annos.

Continet autem liber Eſaiæ Prophetæ, primùm Prophetias Legates & Euangelicas. II. Hiſtorias, ut Ezechiæ Regis. III. Exhortationes ad Iudæos & Gentes. IIII. Conſolatiores. V. Orationes. VI Gratiarum actiones.

SVNT AVTEM IN LIBRO
Eſaiæ Sexaginta ſexCapita, quæ
ſic diuidantur.

I. Ab initio uſq; ad 13. Caput agit cum Iudæis, nunc acriter eos reprehendendo nunc contra eos, nunc pro eis Prophetando. Pertinacibus enim horrenda mala minatur. Reſipiſcentibus uero præclaras de Chriſto promiſsiones, eos conſolando proponit. Quam partem claudit Gratiarum actione.

II. A Decimotertio capite uſq; ad 24. tranſit ad Gentes, & contra eas concionatur & uaticinatur, ubi nominatim perſtringit. I. Babylonios, II. Philiſtiæos. III. Moabitas. IIII. Damaſcenos. V. Iſmaëlitas. VI. Aegyptios. VII. Tyrios. VIII. Sidonios, ut pote malos Iudæorum uicinos, idolatras & Populo Dei ſemper infenſos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſos, quibus deuaſtationem & alia horrenda mala uaticinatur: Nec interim negligit promiſsiones factas Gentibus ad fidem conuertendis.

III. A Viceſimo quarto uſq; ad 36. redit ad Iudæos, quibus iterum dura concionatur propter illorum incredulitatem. Minatur enim ſuperbæ Synagogæ & impijs Iudæis captiuitatem & alia infortunia, quodq; penitus á DEO deſerentur. Pios uerò & probos conſolatur, quòd Deus ſit reliquias & puſillum ſuum gregem ſeruaturus. Interim non omittit gratiarum actiones pro Euangelio reuelando in nouo Teſtamento.

IIII. A Triceſimo ſexto uſq; ad Quadrageſimum Caput, recitat Hiſtoriam Ezechiæ, Regis Iuda, quem utpote pium & ardenter orantem Deus, & contra impium Regem Aſſyriorum Sennaherib, & morbo periculoſiſsimo laborantem, exaudiuit.

V. A Quadrageſimo Capite uſq; ad finem, iterum agit cum Iudæis, nunc illorum incrudelitatem & idololatriam acriter reprehendendo, nunc eos ut captiuos in Babylone futuros, conſolando. Interim multas egregias Prophetias & promiſsiones

de reg-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

de regno Chriſti, de Eccleſia conſeruanda, & uocatione Gentium, in medium proponit, Legi ſubiungens Euangelium, reprehenſioni conſolationem per Euangelium, ut uerius Euangeliſta quam Propheta, dici poßit. Tantum de libro Eſaiæ.

DE LIBRO HIERE-MIAE PROPHETAE

HIEREMIAS *filius Helchiæ ſacerdotis cœpit Prophetare Decimotertio anno regni Ioſiæ, quando Rex & Sacerdotes & Populus perditißimè uiuebant, donec inuentus fuit liber Legis diuinæ in domo* DOMINI, *ab Helchia, patre Hieremiæ. Tunc Rex pia induens uiſcera cultum Dei reſtaurauit, et idololatriam exterminauit, ut poſterior liber Regum Capite 22. teſtatur.*

Prophetauit uerò Hieremias à Decimo tertio anno Ioſiæ, uſq; ad Captiuitatem Babylonicam, annis ferè 41. Prophetauit autem de Babylonica Captiuitate & uaſtitate urbis Hieroſolymæ, adeoq; tempus captiuitatis fore Septuaginta annos prædixit. Vbi nobis obſeruandum eſt, quòd quanto proprius accelerat pœna, tanto peiores & obſtinatiores fiunt impij, quod apparet ex Hieremia pariter, & ex hoc noſtro tempore, uerum eſſe.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Quanquam autem in Prophetarum libris non poteſt ordo Capitum obſeruari, quia ſermones ex ore Prophetarum collecti magis, quam ab ipſis Prophetis ſcripti eſſe uidentur: tamen eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultra. Hieremias igitur tria præcipuè tractat, eaq; non ordine, ſed crebris repetitionibus inter ſe commixta.

Primùm concionatur, & obiurgat uehementer impios Iudæos. Deinde prædicit pœnam, nempe uaſtationem urbis Hieroſolymitanæ. Poſtremò uaticinatur etiam, ut alij Prophetæ, de CHRISTO & regno eius, de nouo Teſtamento.

I. Ab initio uſq; ad Viceſimum Caput (præter hiſtoriam, qua uocatus eſt à Deo per uiſionem, & ſigna, nimirum uirgam uigilantem, & ollam ebullientem, quibus Deus oſtendit iram ſuam ſubitaneam & uehëmentem, contra populum ſuum peruerſum ac rebellem, per Regem Babylonis, uirgam & ultorem Dei) Præter, inquam, hanc Hiſtoriam, reprehendit Ieremias Iudæorũ impietatem, idololatriam, ſcandala, flagitia, & crudelitatem in Prophetas, ut omnes ferè conciones ſint pœnitentiales, ſeu ad pœnitentiam grauiſsimæ adhortationes, præter Prophetias de captiuitate Babylonica, & præter conſolationes, quibus & Deus Prophetam con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tam contra tentationes, & Propheta populum è captiuitate liberandum conſolatur.

II. *A Viceſimo uſq; ad Quadrageſimum præter hiſtoriam de cruce & calamitate Prophetæ, & præter egregias promiſsiones, de reditu ex captiuitate, de* CHRISTO, *&c. populo Iudaico, & præcipuè Principibus minatur extrema, nempe captiuitatem & omnia mala, quæ per hoc exaggerantur, quòd* DEVS *ipſe ſignificat, ſe uelle ſtare à parte Chaldæorum contra ſuum populum, & una cum Chaldæis affligere populum ſuum, quod omnium eſt horribiliſsimum, ſcilicet,* DEVM *non eſſe cum ſuo populo, ſed contra ſuum populum.*

Deinde minatur etiam falſis Prophetis & Prædicatoribus, qui dixerunt Principibus & populo placentia, & non ſecundum uerbum Dei.

Poſtremò recitat hiſtoriam de Zedechia Rege, quòd ſicuti contempto uerbo Dei confugiebat ad humana præſidia, ſic etiam accidit ei cum ſuis miſeria & calamitates, quæ eſt merces Tyrannorum.

III. *A Quadrageſimo Capite uſq; ad finem libri, præter exempla uaria, quòd ſcilicet Deus Prophetam liberat & ſeruat, Quòd Deus uerus eſt in ſuo Verbo, Et quod Verbi ſui contemptores*

punit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

punit. Deinde præter admonitiones ad Iudæos in Aegypto, & conſolationem, qua Baruch Scribam ſuum Hieremias conſolatur, uaticinatur contra uicinas Gentes, Aegyptios, Philiſtæos, Moabitas & alia Regna. Deinde contra Regnum Babylonis, per Medos & Perſas deſtruendum.

Poſtremò claudit librum hiſtoria deuaſtationis Hieruſalem, & populi in Babylonem abductione, ut uideat unuſquiſq; Dei conſuetudinem, qua ſolet punire eos, qui contempto Verbo Dei non emendant uitam ſuam, nec agunt pœnitentiam. Tantum breuiter de Hieremiæ libro.

DE THRENIS SEV LAMENTATIONIBVS HIEremiæ Prophetæ.

IN hoc libello, quem inſcribunt THRENOS, id eſt, Lamentationes Hieremiæ, deflet Propheta uaſtationem Hieroſolymæ & Regni Iuda & populi miſeram captiuitatem, quam nec comminationibus nec promißionibus potuit auertere propter populi incredulitatem & Verbi Dei contemptum: Subinde uerò promißionibus Dei ſeſe conſolatur & populum, atq; precibus ſuis committit hanc cauſam Deo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Scribuntur autem hi Threni hoc ordine in Ebræo, ut primus uerſus incipiat ab Aleph, Secundus à Beth, Tertius à Gimel, & ſic conſequenter ſeruata literarum Alphabeti ſerie, propter memoriam hoc modo iuuandam, ſicut hodie à quibuſdam idem obſeruatur.

Porrò ſicuti ſunt quatuor Capita per orationem, Hieremiæ in quinto Capite, ſic ſunt etiam quatuor carmina iuxta repetitionem Alphabeti in ſingulis Capitibus.

In Capite.
- I. De infortunio populi & Regni Iudaici.
- II. De negligentia Prophetarum.
- III. De miſericordia Dei.
- IIII. De deſtructione Templi, fame, & alijs pœnis populi Iudaici, per peccatum commeritis.

Cum planctu cõqueritur.

DE LIBRO BARVCH.

LIBer BARVCH ab Autore nomen habet, quicunq; is fuerit. Nam non eſt ueriſimile, fuiſſe Baruch ſcribam Hieremiæ, cuius ſit mentio Hier. 45. ſed alium quendam eiuſdem nominis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

minis, ſed non tanto ſpiritu donatum. Ideo conſtat etiam hunc librum non eſſe magni momenti, ſicuti neq; Tertius & Quartus Eſdræ.

Continet autem hic liber Baruch, præter Epiſtolam adiectam quinq; Capita, quorum ſumma hæc eſt. Sicut ſcripſit hunc libellum in captiuitate Babylonica, ſic tribuit etiam Deo iuſticiam, quì meritum Iudæis ſupplicium irrogarit.

Secundò confitetur peccatum, accuſatq; Gentis ſuæ ceruicoſam inobedientiam atq; perfidiam.

Præterea ueniam orat delictorum, & ut Deus ſuì populi miſertus tanden reducat eum in patriam.

Poſtremò, ut fidem in cordibus illorum excitet, promittit reſtitutionem Iſraëlis.

Epiſtola uerò Hieremiæ adſcripta, & adiecta libello Ruth, eſt admonitio contra Idololatriam, ne captiui in Babylone, á Deo uero auerſi, Deos Babyloniorum reuereantur. Idcirco grauiſſimè inuehitur in Idololatriam, ſuadens ut uerum Deum adorent, & ei ſoli ſeruiant. Eſaias à diuina uiſione, Hieremias à diuina altitudine nomen habere uidetur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE LIBRO EZECHIELIS PROPHETAE.

EZECHIEL, qui à fortitudine nomen habet, in Chaldæa Prophetauit, exordiens ſuam prophetiam iuxta fluuium Chebar. Ductus eſt enim ſub Ieconia Rege Iuda (qui & iunior Ioachim dictus eſt) cum Daniele & reliquis Iudæis in captiuitatem, ſexto anno priuſquam Ieruſalem & Templum penitus fuit deſolata.

Fuit autem ſeruus Sacerdotis, ſicut Hieremias, & eodem tempore cum Hieremia, nec non idem argumentum tractans, ſcilicet, de captiuitate Babylonica. Niſi quod Hieremias Hiereſolymis, Ezech: autem in Chaldæa ſeu Babylone, prædixit Iudæorum futuram calamitatem. Deinde Ezechiel ordine Hieremiam Prophetam ſequitur, ita ut Hieremias ſit prior annis & officio, Ezechiel poſterior. Atq; hi mutuo Prophetias comprobarunt. Nam dum illi qui ſub Ieconia in Babylonem migrauerant, impatientia fracti inciperent ægrè ferre, quòd obedierant uoci Prophetæ Hieremiæ, cuius perſuaſu abducti ſe dederant Babylonijs, ad hoc à Pſeudoprophetis ſollicitati, quaſi à Propheta Hieremia ſeducti fuiſſent, DEVS excitauit hunc Ezechielem Prophetam in Babylone, ut confirmaret

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

prophetiam Hieremiæ, & captiuos conſolaretur.

DIVISIO SVMMARIA PROphetiæ Ezechielis.

A primo Capite (præter obſcuram illam Quadrigarum uiſionem, de CHRISTI Regno in omnes quatuor angulos Mundi dilatando, quam accepit Ezechiel à DOMINO, ſtatim in ipſa ſua uocatione, quæ durat uſq; ad quartum Caput) uerſatur in hoc uno potiſsimum uſq; ad Viceſimum quintum Caput, quòd prædicit multo durius & uehementius quam Hieremias, quomodo Hieroſolyma deſtruatur, & populus cum Regibus & Principibus peſſum eant. Interim tamen addit promiſſiones de reditu in terram Iuda.

Porro oſtendit Propheta primùm Peccata. II. Perfidiam. III. Scelera. IIII. Supplicium. V. Captiuitatem Zedechiæ Regis & populi Iudaici, Interdum per Viſiones, ut Capite 8. 9. 10. 11. Deinde per Figuras, ut Capite 4. 5. Nunc per ſimilitudines, ut Cap. 12. 15. Item per Aenygmata, ut Cap. 17. Nec non per Carmina, ut Capite 19. Item, per Allegorias, ut Cap. 23. 24. Interdum per Prophetiam & manifeſtas prædictiones & criminationes, ut Capite 6. 7. 13. 14. 16. 20. 21. 22.

A Viceſimo quinto uſq; ad 34. Gentibus Iudææ regioni uicinis (quia uocibus ridiculis & contemptibilibus inſultabant Iudæis, fauentes illis cladem illam, & quòd unum Deum colerent, exprobrantes) multa ſicut alij Prophetæ aduerſa uaticinatur, quo generalem curſum operum Dei delinearet. Nam fermè cum impiorum ſucceſſu & credentium oppreßio apparet, & econtra horum ſalus cum illorum interitu commiſcetur.

Porro Gentes, contra quas prophetat, ſunt I. Amonitæ. II. Moabitæ. III. Idumæi. IIII. Paleſtini, Capite 25. V. Tyrij, Cap. 26. 27. VI. Sydonij, Cap. 28. VII. Aegyptij, Cap. 29. 30. 31. 32. Quibus addit Capite Triceſimo tertio grauem exhortationem ad pœnitentiam, Tubæ ſonanti comparans Miniſterium Verbi.

A Triceſimo ſecundo Capite uſq; ad Quadrageſimum, præter malorum paſtorum taxationem, & Idumæorum increpationem, pulcherrimé de Spiritu & Regno Chriſti, & qui Tyranni propè finem Mundi in Regno Chriſti futuri ſint, nimirum GOG & MAGOG (id eſt TVRCA, iuxta communem interpretationem) uaticinatur. Vtitur interim egregijs paradigmatis ſeu ſimilitudinibus, ut Capite 37. de oßibus aridis ducto argumento à reſurrectione corporum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

A Quadrageſimo capite uſq; prophetat de reædificatione Hieruſalem, & diuiſione terræ ſecundum Tribus duodecim, in conſolationem Iudæorum qui non dubitarent de reditu in terram promißionis & Religionis, atq; Politiæ reſtitutione, Quæ tamen omnia Spirituali illa uiſione (ſicuti in principio de uiſione Quadrigarum) uidentur adumbrare cœleſtem ciuitatem, id eſt, Eccleſiam Chriſti, quæ cœleſtis & æterna Hieruſalem uocatur, de qua in Apocalypſi.

DE LIBRO DANIELIS PROPHETAE.

DANIEL, qui à Iudicio diuino nomen habet, primum in Babylone ſub Ieconia Rege iuuenis adhuc admodum, abductus eſt. Deinde Regio fauore promotus eſt, præſertim poſtquam Regis Nabuchodonoſor ſomnia interpretatus eſt. Poſtremò manſit ibi Septuaginta annos, & uixit uſq; ad tempora Cyri Regis Perſarum, ut in fine primi capitis apparet, & ex Capite 9. manifeſtum eſt. Is tam inſigni Spiritu præditus fuit, ut non ſolum uiderit uenturum regnum Chriſti, & manſurum perpetuò atq; alia regna deſtructurum, ſed etiam numerauit Hebdomadas annorum, quibus Chriſtus uenturus eſſet.

Nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Nam in hoc totus incumbit, ut CHRISTI *glorioſum & æternum regnum magnificè efferat ac prædicet, & præ illo omnia regna Mundi uana & caduca oſtendit.*

Porro hîc obſeruandum eſt, Danielem uti Chaldaico ſermone uſq; ad initium octaui Capitis. Præterea quod Canticum trium puerorum, & Suſannæ ac Belis hiſtoriæ, ac fabulæ Draconis neq; in Chaldaico, neq; Ebraico ſermone habeantur, neq; teſtimonium habeant in ſacra ſcriptura, quòd Daniel ſit, iſtorum libellorum autor. Ideo ſeparantur in correctionibus Biblijs à ſcripto Danielis, & ſeorſim per ſe ponuntur, ſuam habentes utilitatem ad ædificationem. Sunt autem in libello Danielis.

1 EXEMPLA, 1. 2. 4. 5. 6. *Cap.*
2. *Hiſtoriæ,* 2. 3. *Cap.*
3. *Reuelationes,* 2. 4. *Cap.*
4. *Viſiones,* 7. 8. 10.
5. *Miracula,* 3. 6. *Cap.*
6. *Conciones,* 4. 5. *Cap.*
7. *Orationes,* 9. *Cap.*
8. *Gratiarum actiones,* 2. *Cap.*
9. *Prophetiæ,* 9. 11. 12. *Cap.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DVODECIM CAPITA DANIELIS
á ſe inuicem ſic diſcernuntur.

In primo Capite præter hiſtoriam de Daniele, & ſocijs eius, educatis in aula Regis Babyloniæ, proponitur egregium exemplum Pietatis in Daniele, quomodo uixerit inter Gentes.

In ſecundo refertur Regi & ſomnium & interpretatio eius, á Daniele, de quatuor Monarchijs, ubi pingit. I. Res Babyloniorum. II. Perſarum. III. Græcorum. IIII. Romanorum, ſub quibus omnibus Iudæi adfligerentur.

In tertio Capite deſcribitur Idolatrica Regis (poſt defectionem) impietas, & miraculum liberationis trium puerorum ab incendio.

In Quarto Capite deſcribitur præter ſomnium de Arbore, qua regnum Babylonicum depingitur, pœna ſuperbiæ Regis, & in gratiam poſt pœnitentiam actam receptio, peccatorumq́; condonatio.

In Quinto Capite deſcribitur primum Tyrannis Balthazari Regis, Filij Regis Nabuchodonoſori, in abuſione ſacrorum uaſorum. Deinde pœna quoq́; illius tyrannidis, quòd & regno & uita priuatus ſit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Sexto deſcribitur Danielis liberatio & impiorum uindicta ſub Dario, Rege Babyloniorum.

In ſeptimo uidet Daniel ſomnium de quatuor Beſtijs, quibus quatuor Monarchiæ comparantur.

In Octauo uidet aliud ſomnium de afflictione ſub impio Antiocho, Alexandri Magni ſucceſſore.

In Nono deinde orat pro liberatione Iudæorum à captiuitate Babylonica, & exauditus fit certior de aduentu Meſſiæ, per Angeli Gabrielis annunciationem de Septuaginta Hebdomadibus.

In Decimo ſingulare quid de Angelis ſcribit, quòd contra malos Angelos pro defenſione piorum hominum, atq́; regnorum, pugnare non deſinant.

In Vndecimo uaticinatur ordinè de mutatione regnorum, & prædicit, ſub quibus Monarchijs Iudæi, priuſquam MESSIAS ueniret, affligerentur. Primumq́; Darius ultimus Rex Medorum ab Alexandro ſit interfectus. Deinde mortuo Alexandro regnum Græcorum ſit in quatuor regna diuiſum, ut I. in Aſiam, II. Syriam, III. Aegyptum. IIII. Græciam. Poſtremò quo modo Antiochus pro ſua Tyrannide populum Iudaicum affligeret, donec à Iuda Macabæo prohiberetur & arceretur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Duodecimo uaticinatur (iuxta communem interpretationem) ſub nomine Antiochi de ANTICHRISTO, quemadmodum & Paulus, ſecundæ Theſſa. 2. locum hunc interpretatur. Porrò per regnum Antichriſti intelligit non ſolùm Papatum, ſed etiam regnum Turcicum ſeu Mahometicum, à quibus Eccleſia Chriſti ſub finem Mundi uexaretur.

CANTICVM TRIVM PVERORVM uulgata editione locum habet in tertio Capite Danielis, ubi creaturas omnes ad laudandum Deum inuitant.

HISTORIA SVSANNAE conſolatoria hæc eſt, quòd homines mendaces & calumniatores produntur tandem, & ignominia adficiuntur Qui uero ſunt integri & candidi, liberantur ab infortunio.

HISTORIA IDOLI BELIS fraudem Papiſtarum etiamnum hodie prodit, qua miſeros homines per ſuas impoſturas ſeduxerunt hactenus, & adhuc multis in locis ſeducunt.

HACTENVS DE QVATVOR MAIORIBUS Prophetis. Sequuntur nunc duodecim Minores Prophetæ, in quorum libris unum illud præcipuum argumentum eſt, quod cupiant Chriſti regnum propagare & amplificare, tametſi diuerſis rationibus, Vt:

I. OSEAS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

I. OSEAS. } Prophetarunt contra
II. IOEL. } decem Tribus, ſeu Reg-
III. AMOS. } num Iſrael.
IIII. MICHEAS. }

V. SOPHONIAS *uaticinatus eſt contra Hieruſalem.*

VI. IONAS, } *Prophetarunt contra Ni-*
VII. NAHVM. } *niuitas.*

VIII. ABACVC *contra Babylonem.*

IX. ABDIAS *contra Edom.*

X. HAGGAEVS } *Populum ad reædifican-*
XI. ZACHARIAS. } *dam ciuitatem urge-*
XII. MALACHIAS. } *bant.*

ADHVC ALITER.

Anno ante Chriſtum natum.
1. IONAS } 2. ABDIAS } Sub } *Achab, Iero-boam.* } *Regibus Iſrael.*

Anno 496 uixerunt et Prophetauerunt Prophetæ.
3. ESAIAS, } 4. OSEAS, } *Sub Vſia & Ezechia Regibus* IVDA,
5. IOEL. } 6. AMOS, } *tempore migrationis* Decem *Tribuum.*
7. MICHEAS, } 8. NAHVM, } 9. ABACVC. } *Paulò poſt, ſub Manaſſe rege* Iuda, *anno* 756.
10. HIEREM: } 11. SOPHON: } *Inſtante migratione* IVDA, *anno* 663.
12. EZECH: } DANIEL. } *In ipſa captiuitate Iuda, anno* 599.

HAGGAEVS.
ZACHARIAS. } Poſt Populi reditum ex Babylone. 559.
MALACHIAS.

DE LIBRO OSEÆ PROPHETAE.

OSEAS á ſalute nomen habet, propterea & legitimam ſuam uxorem ex mandato Dei duxit, ſed cum tali ignominia, quòd ſit uocata Scortum illius, ut fit, ubi Mundus furit contra Miniſtros Verbi. Abſit igitur, ut Prophetam in fornicatione uixiſſe ſentiamus.

In initio concionum ſuarum deſpondet Iſraëlitas Domino Deo noſtro in iuſticia & Iudicio, in Miſericordia & miſerationibus & reconciliat eos Dauidi Regi ſuo. Sic enim uocat Chriſtum, ex ſtirpe Dauidis naſciturum.

In fine autem minatur Morti magna ſeueritate, interitum. ERO (inquit) MORS TVA, O MORS. ERO MORSVS TVVS INFERNE &c. Interim fortiter & conſtanter in Iſraelitas, contra idololatriam Principum, Sacerdotum et populi prædicauit. Deinde de CHRISTO & regno ipſius potenter uaticinatus eſt, ut ſunt hæc omnium Prophetarum duo peculiaria officia, alterum ex Lege, alterum ex promiſſionibus pro quibus ut Hæretici & Seditioſi ad mortem ducti ſunt.

Ab initio uſq; ad 14. Caput ſunt uaticinia, & obiurgatoriæ conciones contra regnum Iſrael, quòd propter Idololatriam, quam Spiritualem Fornicationem uocat, non ſolum populus, ſed etiam Principes & Sacerdotes captiuitate corporali & æterna (niſi egerint ueram pœnitentiam) à Deo puniantur. Mitigat enim iſtas comminationes promiſsionibus Dei, ne deſperent, ſed ad Deum reuertantur.

Capite 2. 3. 11. 13. & 14. ſunt etiam uaticinia & conſolatoriæ contiones de regno Chriſti, & Euangelij prædicatione, de uictoria Chriſti ſuper Mortem & Infernum. Pariter & de populi Iſraelitici æterna captiuitate & liberatione per fidem in Miſericordiam DEI propter Chriſtum.

DE LIBRO IOELIS PROPHETAE.

IOEL, qui ab inchoando uel deſiderando nomen habet, quis fuerit, ex qua Tribu, quo tempore, aut ſub quibus Regibus uixerit, incertum eſt, præſertim quia ipſemet nullam de hoc mentionem facit, Niſi quòd creditur fuiſſe eodem tempore cum Oſea & Amos. Is interim dum contra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Regnum Iſrael uaticinatur, totus in hoc ferè uerſatur, ut oſtendat, quanta mala orbi immineant, propter multiplicia ſcelera & grauia peccata. Vnde & diuus Petrus in die Pentecoſtes ſuam ſumpſit concionem. Actorum 2. Et Diuus Paulus allegat Ioëlis dictum ex Capite 2. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit, Romanos 10.

Capite primo uaticinatur contra Regnum ISRAEL, fore ut Iſraëlitæ in Aſſyriam adducerentur, Intelligit autem Aſſyrios per hæc quatuor genera Vermium, depaſcentium frumenta & fructus, ſcilicet, per Erucam, Locuſtam, Bruchum, & Rubiginem, Indicans, Iſraëliticum Regnum ita paulatim ab Aſſyrijs depopulandum & deuaſtandum.

Capite 2. & 3. poſtquam Regi Aſſyriorum ſuum interitum prædixit, ad finem uſq; de CHRISTI Regno, de Spiritu Sancto, & de cœleſti Hieruſalem uaticinatur.

Quòd autem VALLIS IOSAPHAT meminit in ultimo Capite, non tam de Extremo iudicio uidetur intelligi debere (tametſi à Iudicio nomen habet) quàm de Eccleſia Chriſti (ſicuti VALLIS ACHOR in Oſea) in qua Gentes iudicantur eſſe peccatores, & uocantur ad pœnitentiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tentiam per Verbum Dei, Spiritus Sanctus enim arguit Mundum de peccato.

DE LIBRO AMOS.

AMOS ab onere ſeu iugo nomen habet, & plus, quam alij Prophetæ omnes, reſpondet ſuo nomini ſingulari uehementia ſua, qua per totum librum reprehendit Iſraëlitas, & inuehitur in eos, tametſi peregrinus apud eos, utpote natus in Tribu IVDA, neq; filius Prophetæ, ſed Paſtor & homo Plebeus, ut ipſemet in ſecundo Capite teſtatur.

Vixit autem temporibus Oſeæ & Eſaiæ, ſicut eſt Deus potens uocare tales ſubito quodam & diuino miraculo, contra impiam poteſtatem, quam Ordinariam uocant, ubi neceßitas poſtulat, ſicuti ex rudibus & illiteratis Piſcatoribus Spiritus ſanctus fecit Apoſtolos.

Creditur autem AMOS interfectus eſſe ab impio Sacerdote Amaſia, fuſte Fullonis.

CAPITA HVIVS LIBRI SVNT nouem, quæ ſic diſcernantur.

Ab initio uſq; ad Quartum Caput uaticinatur contra uicinos Reges Iudæorum & Iſraëlitarum, ut fuerunt Reges Syriæ, Reges Paleſtinæ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Tyri, Edom, Ammon, Moab, & dicit fore, ut à Deo uiciſsim & ipſi puniantur. Deinde contra Reges Iſrael & Iuda ſimul, cum admonitione de non contemnendis Dei Prophetis, uaticinatur.

A Quarto Capite uſq; ad Septimum prophetat ſeorſim contra Regnum Iſraël, & ipſis horribilia à Deo minatur. Primò Famem. 2. Caritatem annonæ. 3. Peſtem. 4. Rubiginem. 5. Gladium. Et per Aſſyrios tandem deuaſtationem, Interim etiam, dum peccata illorum taxat, hortatur ad pœnitentiam.

A Septimo Capite uſq; ad finem, præter tres Viſiones, quas uidit contra Regnum Iſrael (ut ſunt I. De Examine Locuſtarum. II. De igne incenſo. III. De regula ſuper murium) conflictatur cum impio AMASIA Sacerdote, cui minatur ſummum infortunium. Deinde concionatur de Diuitum auaritia, & oppreſsione Pauperum.

In fine locum inſignem ſubiungit, de Regno Meſsiæ, qui citatur á IACOBO Apoſtolo, Actorum decimoquinto. Sicut etiam locus in quinto Capite citatur à Stephano, Actorum ſeptimo.

Quòd

Quòd autem in primo Capite de Tribus & Quatuor peccatis loquitur, peccati magnitudinem & multitudinem, adeoq; impœnitentiam & defenſionem intelligit. Tria enim & quatuor faciunt 7. finalem ſcilicet numerum in ſacra Scriptura.

DE PROPHETIA ABDIAE.

ABDIAS nomen habet à cultu Dei, quòd ſeruus ſeu cultor Dei ſit. Putatur autem fuiſſe Prophetarum antiquiſsimus, ſicut & Ionas, temporibus Achab & Ieroboam, Regum Iſrael. Hic inuehitur contra aduerſus Edomitas, quibus adflictio Iſraelitarum magnæ erat uoluptati. Fuit autem EDOM frater Iacobi, nempe ESAV. Et ſicut ipſe odio habuit fratrem, eò quòd Pater Iſaac ipſi tribuit benedictionem Primogenituræ: Sic tota poſteritas eius odio habuit poſteritatem Iacob, hoc eſt Iſraëlitas, & ubicunq; potuit, malum ipſis intulit, omnibus eorum hoſtibus ſeſe adiungens, atq; ita perfidiam mentis ſuæ declarans, ut oſtendit Pſalmus 137: Memor eſto DOMINE filiorum Edom, in die Hieruſalem, qui dicunt: VASTATE VASTATE OMNIA, VSQVE AD FVNDAMENTVM EIVS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

EST TANTVM VNVM CAPVT, *cuius ſumma hæc eſt.*

ABDIAS.
- I. *Prædicit interitum Edomitis.*
- II *Conſolatur Iudæos.*
- III. *Oſtendit, ſalutem eſſe in Syon.*
- IIII. *Fratribus nullam iniuriam irrogandam docet.*
- V. *Docet colendum eſſe* DEVM.

DE LIBRO IONAE PROPHETAE.

IONAS *columbam ſignificat. Vixit autem paulò ante Eſaiam, & ſub Rege Ieroboam Propheta fuit in Iſrael, ſicuti ſcriptum eſt in ultimo libro Regum, Capite* 14. *in hunc modum:* IVXTA SERMONEM DOMINI, QVEMADMODVM LOQVVTVS EST PER SERVVM SVVM IONAM FILIVM AMATHI, PROPHETAM, QVI ERAT DE GAD QVAE EST IN HEPHET.

Conſtat autem, GAD HEPHET *ciuitatem fuiſſe in Tribu Zebulon, ut Ionas fuerit Iudæus, & non Ethnicæ uiduæ filius, tempore Heliæ,* cuius

cuius ſit mentio Lucæ quarto, ut quidam de Iona ſabulantur.

Mittitur autem in Aſſyriam, prædicaturus contra Ciuitatem Niniuen, quæ fuit potentiſſima, necnon totius Regni Aſſyriorum Metropolis. Vnde licet animaduertere, Deum tunc non ſolùm Iſraelitarum, ſed GENTIVM quoq; curam habuiſſe.

Celebre eſt etiam apud Matthæum, capite 12. quòd Ionas fuerit typus Chriſti morientis & reſurgentis, ubi dicitur: Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi Ionæ Prophætæ: Sicut enim fuit Ionas in uentre Ceti tribus diebus & tribus noctibus: Sic erit Filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus.

QVATVOR TANTVM
ſunt Capita.

In primo miraculoſa ſatis hiſtoria deſcribitur, quomodo Ionas in Mare coniectus à Nautis, ſit à grandi quodam piſce abſorptus, & in uentre Ceti per triduum in profundo Maris huc illucq; iactatus.

In ſecundo deſcribitur Canticum & gratiarum actio Ionæ ad Deum pro liberatione à uen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tre Ceti, Vbi ſignificat, quid animi in uentre Ceti habuerit, omni hora uitæ ſuæ finem adeſſe cogitans. Et opus Domini, qui ſolus potens eſt in cœlo, terra, mari, & omnibus abyſsis prædicat.

In Tertio habemus præclarum Exemplum pœnitentiæ in Niniuitis, omnibus peccatoribus imitandum. Vbi ſeorſum hæc obſeruanda ſunt, & nullo modo prætereunda, I. Quòd Deus ſit etiam Gentium Deus. II. Quòd Deus ſit potens, bonus & iuſtus. III. Quæ ſit pœnitentia. IIII. Quòd uerum Ieiunium ſeruiat ad agendam pœnitentiam.

In Quarto deſcribitur hiſtoria de carnali ſollicitudine Ionæ, qua ſibi proſpectum uoluit, cum iactura proximorum, Vt eſt magna hominum imbecillitas, & caro timida, etiam in Sanctis. Sed in DEO eſt Miſericordia & clementia, erga omnes peccatores, uerè agentes pœnitentiam, Id quod hîc in Iona & Niniuitis manifeſtè apparet.

DE LIBRO MICHEAE PROPHETAE.

MICHEAS uixit eodem tempore, & ſub ijſdem Regibus, quibus Eſaias, Oſeas

& Amos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

& Amos uixerunt, ut ſatis apparet ex Titulo. Prophetauit & contra duas & contra decem Tribus, id eſt, I. Contra Reges. II. Contra Iudices. III. Contra Sacerdotes. IIII. Contra Pſeudoprophetas, tam in Iuda, quàm in Iſrael. Et prædicit perditionem eorum, qui Verbum Dei abiecerunt, & ſine timore Dei, uana ſequuti ſunt.

In hoc autem præcipuè celebris eſt, quòd non ſolùm promittit Chriſtum uenturum eſſe, nec exponit tantùm beneficia regni ipſius: ſed etiam indicat nobis locum Natiuitatis eius: TV BETHLEHEM EPHRATA, inquit, paruula es in milibus Iuda, ex TE mihi egredietur, qui ſit Dominator in Iſraël, &c. Qui locus citatur Matthæi 2.

SVNT AVTEM SEPTEM CAPITA, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primis tribus capitibus ſunt obiurgatoriæ conciones & prophetiæ, nunc in genere contra Iſraëlitas, & Iudæ impietatem atq; idolatriam, nec non contra ſcandaloſam uitam: Nunc in ſpecie contra ſumma capita, cum in Religione, tum in Politia, Niſi quòd interim in fine ſecundi capitis, cre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

dentes conſolatur per promiſsionem de aduentu ueri ſui paſtoris, Domini noſtri IESV CHRISTI.

In Quarto & Quinto ſunt egregiæ promiſsiones & conſolationes, de regno Chriſti per Apoſtolorum prædicationem in uniuerſum orbem dilatando.

In Sexto & Septimo nunc populi impietatem & auaritiam reprehendit, Nunc ſuper Mundi malicia, quanta ſuo tempore fuerit, conqueritur.

In fine annectit promiſsionem de regno Chriſti in Hieruſalem inchoando, & poſtea per Apoſtolos in omnes gentes dilatando, damnata interim Synagoga.

DE LIBRO NAHVM PROPHETAE.

NAHVM à conſolando nomen habet, conſolatur enim adflictos Iſraelitas per hoc quòd contra Aſſyrios uaticinatur, qui populum Iſrael & Iuda turbarent & exercerent. Quanquam ex ſcriptura non poteſt haberi, quo tempore & ſub quo Rege Nahum prophetauerit: tamen uidetur poſt Ionam, & paulò ante Eſaiam uixiſſe. Prædicit euerſionem Niniuæ, quæ poſt Ionæ prædicationem ad impietatem relapſa fuerat.

SVNT

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

SVNT AVTEM TRIA TANTVM capita, quæ ſic poſſunt diſcerni.

1. In Primo capite generaliter de Regni Aſſyriaci perditione uaticinatur.

2. In Secundo ſpecialiter adfuturum eſſe Babylonicum hoſtem prædicit.

3. In Tertio cauſam perditionis indicat, enumerans Aſſyriorum horrenda ſcelera, quorum ſumma genera ſunt, Fornicatio, Latrocinium, & Mendacium. FORNICATIO ſcilicet, in falſo cultu Dei, ſeu in falſa doctrina. LATROCINIVM in iniuſtis grauaminibus & exactionibus publicis, ad pompam tantùm deſtinatis. MENDACIVM, in contractibus & actionibus.

Finis huius uaticinij eſt conſolatio Iudæorum, quibus annunciat prædicationem pacis, haud dubiè reſpiciens ad tempus noui Teſtamenti ſeu Euangelij CHRISTI, quando pax æterna Iudæis eſt prædicata per ipſum CHRISTVM & Apoſtos.

DE PROPHETIA HABACVC.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

HABACVC ab amplectendo nomen habet. Sicuti enim Mater infantem amplecti ſolet, uel alij alios, pectus pectori, cor cordi iungentes in amplexu, dum eos conſolantur: Ita Habacuc populum Iudaicum complectitur, & maximè conſolatur, atq; ut in aduerſitatibus in fide conſtantes ſint, hortatur, ita ut & Diuus Paulus Romanorum 1. præclaram huius Habacuc ſententiam allegauerit ex ſecundo capite: IVSTVS EX FIDE SVA VIVET.

Vixiſſe uidetur Habacuc cum Hieremia, Sed inſtante captiuitate Babylonica, quandoquidem ipſe, ut Propheta Iudaicus, primùm contra populum, deinde & contra Babylonios uaticinatus eſt.

Fabula eſt, hunc fuiſſe Habacuc, qui raptus ab Angelo, Danieli in lacum Leonum deiecto, cibum porrigeret.

QVATVOR SVNT CAPITA, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In Primo capite partim contra Iudæos uaticinatur, præmittens Legis concionem conſolationi Euangelicæ, quæ in ſecundo capite ſequitur, & potentiam Babyloniorum maximam eſſe demonſtrat.

ſtrat. Partim à Deo pia expoſtulatione contendit, ut liberato populo ſuo ſumat de Rege Babyloniorum ultionem.

In Secundo capite ſubiungit Euangelicam conſolationem ex promiſsionibus diuinis, & Prophetiam de aduentu Meſsiæ cito uenturo, ſed interim firma fide expectando.

In Tertio prophetat de interitu regni Babylonici, præmittens Diabolicam arrogantiam Regis Babylonici contra Deum, & iniuſtam diuitiarum collectionem contra proximum, quæ ſunt duo horrenda latrocinia, ſcilicet, ſpoliare Deum ſua gloria, & homines ſuis bonis.

In Quarto, præmiſsa gratiarum actione, & longa beneficiorum Dei commemoratione, tandem orat, ut regnum Babylonicum diuinæ maledictioni ſit obnoxium, Niſi quòd in fine rurſus lætus Iudaicum populum conſolatur.

DE PROPHETIA SOPHONIAE.

SOPHONIA Dei arcana ſignificare uidetur, non inconueniens nomen Prophetæ Dei, qui uidet arcana Dei, hoc eſt, Euangelium & regnum Chriſti æternum, promiſsionibus, Viſioni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

bus & reuelationibus Propheticis uſq; ad temporis plenitudinem inuolutum. Qua de cauſa Paulus & Myſterium nominat, Romanos ultimo.

Titulus in Primo capite, quis fuerit Sophonia, ex quibus parentibus natus, & quo tempore uixerit, oſtendit, Fuit enim coætaneus Ieremiæ Prophetæ, & eadem ferè, quæ ille, ſed breuius & ſuccinctius, prophetauit; Nimirum urbis Hieroſolymitanæ uaſtationem, nec non hoſtium, & totius Regni Iuda interitum, & Iudæorum per CHRISTVM liberationem. In ſumma, prophetauit Impijs Iudæis interitum per uicinas Gentes. II. ipſis Gentibus exterminium per alias Gentes. III. Credentibus Iudæis liberationem per CHRISTVM naſciturum.

TRIA TANTVM SVNT CAPITA, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In Primo capite criminatoria concione malum, id eſt, interitum ac deuaſtationem regni Iudaici, per Regem Babyloniæ, uenturam propter impietatem & auariciam Iudæorum, prophetat.

In Secundo Iudæis pœnitentiam prædicat, Deinde uicinis gentibus, Moabitis ſcilicet, Ammonitis, Philiſtæis, Aſſyrijs & Niniuitis interitum prophetat. Poſtremò ſpem facit iiſdem gentibus, quòd regni Chriſti participes fiant, indicans, Deum in Inſulis Gentium adorandum eſſe.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Tertio capite partim impœnitentes Iudæos grauiter obiurgat ac reprehendit, partim præclariſſima concione de Chriſti regno in uniuerſum mundum propagando, Iudæos conſolatur. De Primoribus in Religione & politia inquit, quòd quia ſunt Principes, honorandi ſint ut Principes, ſed interim tamen arguendi, ut peccatores.

DE LIBRO HAGGAEI PROPHETAE.

HAGGAEVS à feſtiuitate & gaudio nomen habet. Is poſt captiuitatem Babylonicam ſub Dario Hiſtaſpe Prophetauit, & populum ad reædificandum Templum ſeriò tandem urgebat, ut cultus Dei rurſus inſtitueretur, Cùm præſertim huius ſecundæ domus maior ſit futura gloria, nempe ad quam Dominus Iſraël, ille uerus Meſſias, in propria perſona uenturus erat, quemadmodum ſcribit & Malachias.

DVO TANTVM SVNT CAPITA.

In Primo populi ingratitudinem & auariciam reprehendit, atq; ipſis mala minatur, nempe infortunium & ægeſtatem, qui proprias domus quidem magnificè exædificari curauerant, ad Templi uerò reædificationem nihil contulerant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Secundo ſunt itidem Comminationes propter eandem cauſam. Simul etiam promiſsiones, quòd CHRISTVS ipſe templum ſecundum ſua præſentia doctrina, & Miraculis ornaturus ſit, & illuſtraturus.

DE LIBRO ZACHARIAE.

ZACHARIAS, qui à memoria diuina nomen habet, inter nouiſsimos Prophetas unus, uixit eodem tempore cum Haggæo Propheta, poſt reditum ex Babylonica captiuitate. Tractat quoq; idem argumentum cum Haggæo, nimirum inſtans & urgens, ut Templum reædificetur, idq; propter CHRISTVM, qui breui uenturus eſſet ad templum ſanctum ſuum. Ideo manifeſtè prophetat de pompa Chriſti, quòd in Aſina & pullo Aſinæ ſit petiturus Hieroſolymam, quod factum eſt, paulo ante ipſius paſsionem, ipſo die Palmarum. Deinde prophetat etiam de ipſius uenditione pro Triginta argenteis, quæ per Iudam proditorem facta eſt. Item, de perfoſsione lateris ipſius, quem locum allegat Euangeliſta Iohannes.

Habet interim obſcuras aliquot Viſiones, qui-

bus ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

bus adumbrantur myſteria Chriſti, quæ tandem explicat per effuſionem Spiritus gratiæ & precum, capite 12.

SVNT AVTEM QVATVORDEcim capita, quæ ſic à ſe inuicem poſſunt diſcerni.

In Primo capite, præter Exordium, in quo manifeſtè Iudæos ad pœnitentiam hortatur, Et præter orationem Angeli pro Hieruſalem, ſunt tres uiſiones, I. De equis ruffis. II. De quatuor cornibus. III. De quatuor fabris lignarijs. Quibus & Iudæis pacem, uaticinatur, & eos ad reædificandam ciuitatem Hieroſolymam hortatur.

In Secundo capite primùm eſt unica uiſio, de Funiculo menſorio, qua populum denuò ad reædificandam Hieroſolymam hortatur. Deinde ſunt egregiæ promiſsiones de regno CHRISTI, & de diuina præſentia, atq; protectione piorum, adeoq; de uocatione Gentium, unde populum ad gaudendum & iubilandum hortatur.

In Tertio capite primùm eſt uiſio de IOSVA ſummo Sacerdote, in ipſius conſolationem, & Ciuitatis reædificationem. Deinde rurſus promiſsiones de Chriſto, quem & Germen, propter Euangelium & Fidem, atq; Angularem lapidem propter Eccleſiam, nominat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Quarto capite deſcripta eſt uiſio de Candelabro aureo, in conſolationem ducis Zerobabel, & adhortationem, ne à Templi reædificatione, metu hoſtium, deterreatur.

In Quinto Capite deſcripta eſt duplex Viſio, ſcilicet, de Volumine uolante, hoc eſt, de literis & Sigillo. Deinde de Ephi ſeu Modio, quibus Pſeudoprophetarum aduentus in Iudæam, ab Angelo nunciatur.

In Sexto capite deſcripta eſt Viſio de quatuor Quadrigis, quibus adumbrari uidetur Regnum atq; Euangelium Chriſti, quem hîc quoq; Zamen, id eſt, Germen uocat, in uniuerſum orbem propagandum.

In Septimo & Octauo ſunt Conciones & admonitiones contra Hypocriſin Iudæorum in electitio ieiunio. Deinde hortatoriæ admonitiones, de Templi reædificatione. Poſtremo conſolatoriæ de Regno CHRISTI.

In Nono & Decimo ſunt prophetiæ de aduentu CHRISTI, & humilitate Regni eius, per hoc, quòd facit eum ſedere ſuper Aſinam. Deinde de potentia Alexandri Magni, qua Deus portas Mundi aperuit, ut intraret Rex Gloriæ cum ſuo ſancto Euangelio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Vndecimo, Duodecimo & Decimotertio ſunt itidem prophetiæ, & quidem grauiſsimæ, de paſsione CHRISTI, fore ut traderetur gentibus. Item de deſolatione populi Iudaici propter incredulitatem. & de Euangelio inter Gentes prædicando, poſtquam percuſſus fuerit Paſtor, hoc eſt, poſt paſsionem CHRISTI.

In Vltimo capite ſunt adhuc duæ prophetiæ, quarum altera Synagogæ totiusq; cultus Leuitici abrogationem, Altera tentationes & uictoriam Eccleſiæ continet.

DE LIBRO MALACHIAE PROPHETAE.

MALACHIAS, qui apud Ebræos Angeli nomen ſortitus eſt, ultimus inter Prophetas habetur, utpote proximus ante CHRISTI aduentum, quem iam in foribus eſſe, & IOANNEM BAPTISTAM (ſub ELIAE nomine) Chriſti præcurſorem fore prædicit.

Vtrum hic Malachias fuerit Eſdras, ut quidam opinantur, incertum eſt. Hoc uerò certiſsimum eſt, quòd egregias ſententias habet, de Chriſto & Euangelio, quod uocat MVNDAM OBLATIONEM IN VNIVERSO MVNDO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

SVNT AVTEM QVATVOR CApita, quæ ſic poſſunt diſcerni.

In Primo capite nunc Iudæorum in genere, nunc ſeorſim Sacerdotum auariciam & ingratitudinem reprehendit. Illos quidem, quòd ea quæ immunda ſunt, & ad ſacrificia nihil ualent, apportent. Hos uerò, quia DOMINO offerant immunda. Mox in ipſis comminationibus de regno Chriſti, & oblatione munda, id eſt, Euangelio, concionatur.

In ſecundo capite pergit reprehendere & uehementur obiurgare Sacerdotes, admonens eos ſui officij, quod tam ſanctum eſt, ut Angelicum ei nomen adſcribatur. Seorſim quoq; inuehitur in eos, qui malæ tractationis ab Vxoribus accuſantur, adducens exemplum Abrahæ, quod non uult eos temerè imitari.

In Tertio præmittit uaticinium de præcurſore Chriſti, pariter & de utroq; aduentu Chriſti, in carnem ſcilicet, & ad iudicium. Deinde rurſum obiurgat Iudæos, propter ingratitudinem erga miniſterium Verbi.

In quarto ſubiungit ut breuiſsimam, ita grauiſsimam adhortationem ad uerum timorem Dei, Pijs gaudium & conſolationem, Impijs uerò pœnam & interitum annuncians. Nos itaq; diuinis admoni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

admonitionibus obediamus, & Deum timentes, ſecundum Domini noſtri IHESV CHRISTI aduentum hilari animo expectemus, attollentes capita noſtra.

Tantum de Prophetis & libris Prophetalibus, ex quibus doctrina noui Teſtamenti confirmatur, & Prophetarum ſententiæ tam à CHRISTO ipſo, quàm ab Apoſtolis in teſtinonium citantur. Sint igitur nobis propter dulciſsimas conſolationes commendatiſsimi.

DE LIBRIS MACABAEORVM.

LIBRI MACABAEORVM à IVDA MACABAEO nomen habent, propter ipſius egregia facta, quæ in his libris deſcribuntur. Eſt autem nouiſsima hiſtoria ueteris Teſtamenti, de rebus Iudaicis, geſtis ab Alexandri Magni temporibus uſq; ad CHRISTVM, quando populus Dei iam non Reges & Prophetas, ſeu Principes & Pontifices habuit. Fuerunt enim in ueteri Teſtamento quatuor poteſtates in iſto electo Dei populo, ſcilicet. I. Poteſtas Patria. II. Poteſtas Iudicum. III. Regia. IIII. Pontificia poteſtas. Pro quibus omnibus in Nouo teſtamento regnat ſolus CHRISTVS, qui pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

mum eſt Pater futuri ſæculi. Secundo, Iudex uiuorum & mortuorum. Tertio, Rex Regum. Quarto, æternus Pontifex.

Porrò libri Macabæorum inter Apocryphos, non inter Canonicos libros numerantur, tametſi Primus, quem Sanctus Hieronymus Ebraicum ſe reperiſſe teſtatur, dignus eſſe uidetur, qui inter Canonicos computetur, Præſertim cùm ſit illorum, quæ Daniel capite duodecimo uaticinatus eſt, ueriſsima deſcriptio, Nempe de perſequutione Iudæorum per Antiochum.

Diuiditur autem primus liber in quinq; partes, iuxta circumſtantiam perſonarum. Et ſunt in hoc libro quinq; perſonæ illuſtres, quorum res geſtæ pro maiori parte hiſtorico ordine deſcribuntur, ut ſunt: I. MATATHIAS. Secundo, IVDAS MACABAEVS. Tertio & quarto, IONATHAS & SIMON, fratres Iudæ Macabæi. Quinto IOANNES, Simonis filius.

A Primo Capite uſq; ad Tertium, & ANTIOCHI (quem radicem peccati Scriptura uocat) impietas atq; crudelitas inchoatur: & MATATHIAE Sacerdotis, atq; filiorum eius zelus & conſtantia deſcribuntur, ut ſit perpetuum Verbi miniſtris exemplum in perſequutione.

A Tertio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PROPHETICOS ET APOSTO.

A Tertio Capite uſq; ad nonum deſcribuntur fortia facta Iudæ Macabæi, ut, Bella, Victoriæ, Purificatio Templi, Confœderatio cum Romanis, & uariæ conflictationes cum uicinis Gentibus & earum Principibus, quos expugnauit uel fugando uel interficiendo eos, quorum nomina hîc ordinê ſequuntur.

I. APOLLONIVS. II. SERON.	Interfecti. Capi. 3.
III. GEORGIVS. IIII. LYSIAS	Fugati. Cap. 4.
V. TIMOTHEVS cum Ammonitis & Galaaditis. VI. FILII ESAV.	debellati. Cap. 5.
VII. ANTIOCHVS, Antiochi Tyranni de mortui, filius fœdifragus cũ ſuo Principe LYSIA & ipſorum Elephantis.	Domũ dimiſsi. Cap. 6.
VIII. ALCIMVS Iudæus, rediens ad Demetrium. IX. NICANOR interfectus.	Capite 7.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Tandem IVDAS ipſe poſt confœderationem cum Romanis factam, capite 8. ſuccubuit in bello, quod Iudæis ex mandato Demetrij, poſt mortem Nicanoris, per Bachidem & Alcimum, Demetrij Regis Principes, illatum eſt, capite nono. O Ducem pijßimum, & in religione Iudaica conſtantißimum Heroa, gentisq́; ſuæ propugnatorem ac defenſorem fortißimum, qui tandem in uera confeßione proſtratus, fortiter obijt pro gloria Dei uindicanda.

A Nono capite uſq; ad caput 13. deſcribitur hiſtoria IONATHAE, fratris Iudæ Macabæi, cui negotium fuit cum utroq́; Demetrio, cum Bachide & Alcimo, de quibus uictoriam obtinuit, fratris ſui Simonis adiutorio. Deinde cum Principibus iunioris Demetrij, donec à Triphone per dolum interfectus eſt, præclarus Zelotes pro religione & uero Dei cultu.

A Decimotertio capite uſq; ad Sedecinum deſcribitur hiſtoria SIMONIS, fratris Iudæ Macabæi, & Ionathæ. Fuit autem Simon pacificus, donec & ipſe per dolum in conuiuio trucidatus eſt.

In Vltimo capite poſt interfectum Simonem ſucceßio filij illius IOANNIS ad finem libri deſcribitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE SECVNDO LIBRO MACABAEORVM.

SECVNDVS liber Macabæorum eſt pro maiori parte repetitio eorum, quæ ſunt deſcripta in primo libro, præſertim quantum ad Iudam Macabæum attinet.

SVNT AVTEM QVINDECIM capita, quæ ſic diſcernuntur.

In primis ſeptem capitibus deſcribitur afflictio populi Iudaici, tam per inſidias & proditionem Simonis cuiuſdam, quàm per crudelem Antiochi tyrannidem, ubi non tantùm Iudæ Macabæi (qui tum foris uitam agebat in deſerto) conſtantia prædicatur, ſed etiam ſeptem fratrum, qui una cum Matre ſua, Martyrio coronati ſunt.

In octo reliquis Iudæ Macabæi fortia facta repetuntur uſq; ad finem libri.

Tantum de libris Macabæorum, adeoq; de totius ueteris Teſtamenti libris, ſcilicet Legalibus, Hiſtoricis, Doctrinalibus & Propheticis, qui omnes computati, numero ſunt Quadraginta & octo, tam Apocryphi, quos uocant, quàm Authentici, de quibus CHRISTVS Ioannis 5. loquitur, inquiens: Scrutamini Scripturas.

FINIS LIBRORVM VETERIS TESTAMENTI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE LIBRIS NOVI TESTAMENTI.

NOVVM TESTAMENTVM continet libros, qui poſt reuelatum CHRISTVM ſcripti ſunt, Partim Euangelicos, partim aliàs Hiſtoricos, numeri Viginti & ſeptem, etiam minimos computando, qui unicum ſaltem capitulum continent, ut Epiſtola Pauli ad Philemonem, Iudæ & Ioannis duæ poſteriores.

DE LIBRIS EVANGELICIS.

LIBRI EVANGELICI ſunt quatuor nimirum à quatuor Euangeliſtis, Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne, ſcripti. Et dicuntur Euangelici, quia ſeorſim IESV CHRISTI Euangelium continent, id eſt lætum nuncium de gratuita remiſsione peccatorum propter Mediatorem Chriſtum conſequenda.

DE LIBRO MATTHAEI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

MATTHAEVS, perinde ut primus inter Euangeliſtas Euangelium ſcripſiſſe fertur, nempe ſtatim poſt aſcenſionem Chriſti ita primũ quoq; inter ipſos locum obtinet. Sunt autem hæ partes huius Euãgelicæ hiſtoriæ principales.

A Primo capite uſq; ad Quintum præmittuntur quaſi Exordij loco non ſolum ea quæ pertinent ad Genealogiam, & Natiuitatem Chriſti, ut I. Enumeratio perſonarũ in generationibus ab Abraham uſq; ad Chriſtum. II. Reuelatio facta Ioſeph. III. Magorum aduentus. IIII. Tyrannis Herodis. Sed etiam Ioannis Baptiſtæ uita & doctrina, nec non Baptiſmus & tentatio Chriſti, priuſquam prædicare incepit, & diſcipulos uocauit.

A Quinto capite uſq; ad Octauum deſcribitur ſermo Chriſti, quem habuit in monte coram diſcipulis & uerè Legalis concio, qua ceu iacto ſolido fundamento, præparauit eos ordinè ad Euangelij miniſterium. I. De beatitudine & præmijs bonorum operum. II. De officio Apoſtolorũ. III. De uera Legis interpretatione. IIII. De Eleëmoſina. V. De oratione VI. De ieiunio. VII. De ueris Diuitijs. VIII. De confidentia in Deum. IX. De iudicij ſinceritate. X. Orandi aſſiduitate. XI. Naturali æquitate. XII. De uitanda falſa doctrina. XIII. De ſtudio uiuendi iuxta Dei uerbum: In ſumma Legem eſſe pœdagogũ ad Chriſtum, oſtendit hæc ipſius concio, & generalis enarratio legis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Ab Octauo uſq; ad Decimum confirmat doctrinam egregijs miraculis & beneficijs, quibus & terra & mari miſeris atq; afflictis hominibus ſuccurrit, & ſe noſtrum eſſe ſaluatorem oſtendit.

A Decimo uſq; ad 13. Primum informat, confirmat & conſolatur ſuos Apoſtolos in miniſterium Verbi. Deinde Ioannis quoq; diſcipulos confirmat, ipſum Ioannem commendat, multorum incredulitatem damnat, & Deo patri pro puſillo grege gratias agit. Poſtremo præter diſputationem cum Phariſæis de Sabbatho, de Signis &c. iterùm claret Miraculis, & ſuam manſuetudinem non extinguendo linum fumigans oſtendit.

A 13. capite uſq; ad 19. primùm deſcribit Matthæus Parabolicas aliquot Chriſti conciones, de ui & efficacia uerbi Dei. Deinde indignam Ioannis Baptiſtæ mortem. Item Chriſti diſceſsionem. Contentionem cum Phariſæis. Multorum ægrotorum ſanationem, Petri & reliquorum Apoſtolorum confeſsionem. Chriſti transfigurationem. Chriſti erga Magiſtratum obedientiam. Paruulorum & puſillos gregis conſolationem.

Poſtremo ſubiungit de ſcandalo, & de remiſsione fratris, illuſtrata per Parabolam de iniquo diſpenſatore. Quæ pars rerum in Galilæa geſtarum, ſummam Chriſti ſolicitudinem pro ſalute generis huma-

huma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

humani, ſummamq́; in officio docendi & edendis Miraculis diligentiam oſtendit.

A Decimonono *uſq; ad* 26.*caput deſcribit primùm Chriſti migrationem à* Galilæa *in* Iudæam, *& in uia habitas diſputationes, nunc cum* Phariſæis atq́; Scribis,*nunc cum* proprijs diſcipulis,*prædicendo interim ſuam paßionem, & duos cæcos ſanando.* Deinde ingreſſum eius in Hieruſalem,*& acerrimam,adeoq́; nouißimam in officio prædicandi diſputationem* cum Iudæis, *per tria capita,* 21. 22. & 23. *cuius diſputationis atq́; obiurgationis hæ ſunt partes* præcipuæ, Scilicet. I. De Baptiſmo Iohannis. II. *De duobus filijs.* III. De Vinea. IIII. *De angulari lapide.* V. *De nuptijs filij* Regis. VI. De Tributo dando Cæſari. VII. De Vxore *ſeptem fratrum, &* de Reſurrectione *mortuorum.* VIII. *De magno mandato in lege.* IX. De Chriſto *filio* Dauid. X. *De maledictionibus ſuper* Phariſæos *&* Hieruſalem.

Poſtremo *deſcribit colloquium Chriſti cum diſcipulis in monte* Olìueti,*de deſtructione* Hieruſalem,*& de fine* Mundi,*cum grauißimis adhortationibus ad uigilandum,adductis* Parabolis.I.De *malo ſeruo*.II.De Decem *Virginibus*.III.De Talentis, *cum enarratione de forma iudicij in extremo die.*

A *Viceſimo ſexto uſq; ad finem Libri deſcribit*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Chriſti paßionem, Mortem & reſurrectionem. Porro paßiones Chriſti hiſtoriæ in ſex partes principales commodißimè diſtribui poteſt, iuxta hunc uerſiculum:

Cœna, Hortus, Caiphas, pilatus, Cruxq́; Sepulcrum.

Tantum de Euangelio Matthæi: Quis autem fuerit Matthæus ante conuerſionem, & quomodo conuerſus ſit & uocatus, Vide ſupra capite 9. Matthæi.

DE EVANGELIO S. MARCI.

MARCVS ea quæ Matthæus copioſius deſcribit, compendioſè complectitur cuius Euangelij liber in duas principales partes commodißimè diuidi poteſt. Prior pars ab initio ſit uſq; ad Decimum caput, ubi deſcribuntur ea, quæ Ieſus docuit & fecit in Galilæa. Poſterior eſt à Decimo Capite uſq; ad finem, ubi deſcribuntur ea quæ docuit, fecit & paſſus eſt in Iudæa, Reliqua nihil habent difficultatis in diuidendo, modò cum Euangelio Matthæi conferantur.

DE EVANGELIO S. LVCAE.

LVCAS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

LVCAS qui indiuiduus Pauli comes fuit, (ſicuti Marcus, Petri, ut quidam uolunt) non ſolùm eſt Marco, ſed etiam Matthæo copioſior, tam in Euangelio, quam in Actis Apoſtolorum.

CAPITA SVNT VIGINTI QVAtuor, quæ ſic diſcerni poſſunt.

Ab initio uſq; ad Quartum caput & conceptionem & Natiuitatem Iohannis Baptiſtæ, tum ipſius Chriſti. Deinde prædicationem & carcerem Ioannis, Chriſti uerò Baptiſmum & Genealogiam ſubiungit.

A Quarto capite uſq; ad Decimum poſt hiſtoriam tentationis Chriſti, exponit doctrinam & miracula, quæ fecit in Galilæa, ut in Nazareth, Capernaum, Stagno Genezareth, & alijs locis Galileæ. Diſputans interim cum Phariſæis de Sabbatho, Apoſtolos, & populum inſtituens, Centurionis ſeruum ſanans, & Filium uiduæ ſuſcitans. Mox quomodo Ioannem Baptiſtam coram turba, Peccatricem uerò coram Simone Phariſæo commendauerit, & parabolam de Semine explicuerit, Dæmoniarumque ſanauerit. Quomodo item Mulieris fluxum ſanguinem ſiſtens, Iairi principis Scholæ filiam à mortuis reſuſcitauerit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Poſtremo quomodo diſcipulis instructis, emiſſis, & reuerſis poſtquam eſt in Monte transfiguratus, reliquerit Galilæam.

A Decimo capite uſq; ad Viceſimum deſcribit ea quæ Chriſtus docuit & geßit in uia uerſus Hieruſalem. Docuit autem uel ſimpliciter, uel in Parabolis.

SIMPLICITER.

1. Inſtruit ſeptuaginta Diſcipulos.
2. Exprobat ciuitatibus incredulitatem.
3. Agit gratias Patri.
4. Admonet Legisperitum.
5. Commendat Mariam, ſororem Marthæ
6. Docet diſcipulos orare.
7. Obiurgat Phariſæos.
8. Admonet diſcipulos.
9. Minatur impœnitentibus.
10. Perſtringit Herodem.
11. Perſtingit auaros Phariſæos.
12. Prædicit Scandala.
13. Prædicet extremum diem.
14. Vocat ad ſe pueros.
15. Recitat præcepta ſecundæ tabulæ.
16. Admonet diuites.
17. Prædicit paßionem ſuam.
18. Conuertit Zachæum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

PROPHETICOS ET APOSTO.
IN PARABOLIS. VI.

1. De Semiuiuo relicto.
2. De Amico panes mutuo dante.
3. De forti armato.
4. De ſigno Ionæ Prophetæ.
5. De Lucerna accenſa.
6. De Diuite epulone.
7. De ſeruo fideli & infideli.
8. De arbore fici.
9 De grano Sinapis.
10. De Fermento.
11. De anguſta porta.
12. De primo loco, & nouiſsimo.
13. De cœna Dominica.
14. De ædificatione Turris.
15. De centum Ouibus.
16. De decem drachmis.
17. De filio prodigo.
18. De iniquo diſpenſatore.
19. De diuite & Lazaro.
20. De Seruo arante.
21. De iudice ſeuero.
22. De Phariſæo & Publicano.
23. De Decem Minis.

Hiſtoria

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

HISTORIAE VERO ET MIRA-
cula quæ geßit, hæc ſunt:

- I. Eiecit Dæmonium mutum
- II. Mulierem contractam crexit.
- III. Hydropicum ſanauit.
- IIII. Decem leproſos mundauit.
- V. Cæco uiſum reſtituit.
- VI. Sedit ſuper Aſinam.
- VII. Fleuit ſuper Hieruſalem.
- VIII. Vendentes & ementes eiecit ex Tem-
plo.

A Viceſimo capite uſq; ad 22. ea ſunt de-ſcripta, quæ Chriſtus in Templo Hieroſolymitano docuit, & cum Phariſæis diſputauit. Deinde quæ foris è regione Hieruſalem cum diſcipulis con-tulit.

Contra Phariſæos adduxit in medium, I. Quæ-ſtionem de Baptiſmo Ioannis. II. Parabolam de Vinea. III. Prophetiam de lapide angulari. IIII. De tributo Cæſari dando. V. Dilutionem argu-menti Sadducæorum. VI. Propoſitionem de CHRISTO, filio Dauid. VII. Eleemoſinam Viduæ.

Cum diſcipulis contulit. I. De ſtructura Tem-pli. II. De Pſeudoprophetis. III. De perſequu-tione. IIII. De extrema die. V. De uitanda ebrietate & crapula.

A Vice-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

A Viceſimo ſecundo capite uſq; ad ultimum caput, deſcribitur hiſtoria paßionis & mortis Chriſti, quomodo poſt cœnam, & colloquium cum Diſcipulis ſuis, ſit I. à proprio diſcipulo traditus. II. A Iudæis comprehenſus. III. A Gentilibus crucifixus.

In ultimo capite primùm Reſurrectionis, deinde Apparitionis, & poſtremò Aſcenſionis hiſtoria deſcripta eſt, præter egregium illum locum de doctrina pœnitentiæ & remißionis in omnes Gentes prædicanda.

SVMMA HVIVS DIVISIONIS HIS comprehenſa eſt Verſiculis.

Per tria, perq; decem duobus quibus additur unum,
Lucæ Euangelij diuide particulas.

Item :

Orauit, docuit, Chriſtus ſit uictima, uictor.

DE EVANGELIO

IOANNES à Gratia nomen habet, quia à Chriſto maximè dilectus eſt. Scripſit Euangelium ſuum poſt alios Euangeliſtas, & ut plurimum circa doctrinam Chriſti uerſatur, præter pauca Miracula, quæ non ſunt ab alijs Euangeliſtis deſcripta. Et quemadmodum ultra omnes Apoſtolos in terra uixit: ita quoq; plures hæreſes con-

tra di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tra diuinitatem Chriſti ſuppullulantes uidit. Vnde ſumpta occaſione, primùm de diuinitate & humanitate Chriſti ſcripſit. Deinde uitam, doctrinam & miracula Chriſti proſequitur. Poſtremo paßionis, reſurrectionis & apparitionis hiſtoriam ſubiungit.

DIVIDITVR AVTEM EVANGElium Ioannis potißimùm in quatuor partes iuxta quatuor profectiones Chriſti. Nam Chriſtus quater profectus eſt Hieroſolymam, tempore Paſchatis.

PRIMA profectio eſt poſt doctrinam de diuinitate & humanitate Chriſti, Poſt teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de Chriſto, Poſt uocationem Apoſtolorum, Deniq; poſt miraculum in Cana Galileæ. Quæ omnia durant uſq; ad quintum caput, in quo Chriſtus Hieroſolymam ueniens, primùm eijcit uendentes & ementes ex Templo. Secundo diſputat cum Phariſæis; & ſeorſim cum Nicodemo. Mox relicta Hieroſolyma, primùm in Iudæa per Diſcipulos ſuos baptizauit, unde occaſione ſumpta Ioannes Baptiſta egregiam de Chriſto concionem habuit. Deinde tranſiens per Samariam cum muliere Samaritana apud fontem diſputauit. Poſtremò rediens in Galilæam, Reguli filiam ſanauit.

SECVNDA profectio incipit capite quinto, & durat uſq; ad ſeptimum, in qua profectione pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

mùm Hieroſolymis hominem triginta octo annos in infirmitate laborantem, ad piſcinam Sabbatho ſanauit, unde occaſione ſumpta longam habuit contra Iudæos diſputationem, & egregiam de reſurrectione Mortuorum & de autoritate ſacræ Scripturæ concionem. Deinde rediens in Galilæam, primùm quinq; panibus & duobus piſcibus, quinq; hominum millia ſaturauit. Deinde diu & multum de Spirituali pane (quod eſt Verbum Dei) cum Iudæis diſputauit. Poſtremo reliquis accepto ſcandalo diſcedentibus, Petrus nomine Apoſtolorum egregiam facit de Chriſto ſuæ fidei confeßionem.

TERTIA profectio incipit capite ſeptimo, & durat uſq; ad Caput duodecimum, in qua primùm Hieroſolymis in Templo non ſine contradictione & periculo docebat, I. De autoritate ſuæ doctrinæ. II. De Sabbatho. III. De ſua perſona. IIII. De ſua paßione. V. De aqua uitæ. Deinde Mulierem in adulterio comprehenſam, & à Phariſæis ad ſe adductam digito in terram ſcribens, abſoluit, Et ſtatim iterum docebat populum, & uſq; ad finem octaui capitis acerrimè contra Iudæos diſputauit. Mox cæco nato uiſum reſtituit, ubi non parua contentio oritur inter Phariſæos & cæcum natum, uſq; ad finem Noni capitis. Adhæc uerum ſeſe Paſtorem eſſe oſtendit, ubi iterùm incidit cum Iudæis in diſputationem & cõtentionem,

uſq; ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

uſq; ad finem decimi capitis. Poſtremò rediens trans Iordanem, & inde iterum Bethaniam, Lazarum (habita prius diſputatione cum ſororibus eius) reſuſcitauit, & iterum Iudæorum iram, pergens in deſertum, declinauit.

QVARTA profectio incipit à duodecimo capite, & durat uſq; ad finem libri, in qua primùm diuertit in Bethaniam, ubi Maria Lazari reſuſcitati ſoror, opus ſuæ confeßionis, IVDA proditore indignante, Chriſto exhibuit. Deinde iuxta uaticinium Zachariæ Prophetæ Aſino inſidens, Hieroſolymam ingreſſus eſt. Poſtquam autem Ioannes, quæ in uia geſta ſunt, adductis ex Eſaia locis egregijs, uſq; ad finem duodecimi capitis, deſcripſit, mox in diuerſorio Hieroſolymitano quid actum ſit in Sacra Chriſti cœna, uſq; ad 15. caput proſequitur, Nimirum, quomodo Chriſtus poſt lotionem pedum, poſt turbationem animi propter Iudam, Deniq; poſtquam & Iudæ proditionem, & Petri negationem uſq; ad finem 13. capitis prædixerat, primùm egregiam per tria integra capita concionem habuerit, cuius propoſitio hæc eſt: Ne turbetur cor ueſtrum. Argumenta uerò hæc tria: I. Poßidebitis æternam uitam. II. Interim Spiritus ſanctus uos conſolabitur. III. Pater meus exaudiet uos. Deinde ſubiunxerit inſignem orationem ad patrem ſuum, ſanctum & iuſtum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſtum. I. pro ſeipſo clarificando. II. Pro defendendis ſuis diſcipulis. III. Pro omnibus credentibus in uera doctrina & unitate Spiritus gubernandis & conſeruandis.

Adhæc deſcribit Euangeliſta paßionem Chriſti, cap. 18. & 19. quomodo pro ſalute generis humani primum à Iuda, proprio ſuo diſcipulo, fuerit traditus. Secundo à Iudæis accuſatus. Tertio, à Gentibus cruci affixus.

Poſtremis duobus capitibus Reſurrectionem Chriſti, et quæ poſt eam acciderint, pertexit Euangeliſta, & in altero capite Chriſti in Iudæa apparitiones coram diſcipulis & alijs, In altero uerò apparitiones coram diſcipulis ſuis in Galilæa factas, deſcribit. Vnde tandem, ut & alij Euangeliſtæ teſtantur, in cœlũ profectus eſt, regnans iam pari cum æterno patre ſuo potentia, & breui rediturus, ut iudicet uiuos & mortuos, omnemq́; lacrymam ab oculis Electorum ſuorum abſtergat. Tantum de Euangelio Ioannis Euangeliſtæ & Apoſtoli.

ACTA APOSTOLORVM.

HIc liber Hiſtorialis à S. LVCA Euangeliſta ſcriptus eſt, & continet præcipuam

primitiuæ Eccleſiæ poſt Aſcenſionem Chriſti hiſtoriam, quæ ſequitur conuenienti ordine libros Euangeliorum.

Quanquam autem hic liber principali diuiſione diuidi poteſt in duas partes, nempe in res à Petro, & in res à Paulo geſtas poſt Aſcenſionem Chriſti (Lucas enim ut plurimum deſcribit, Primum. Conciones II. Operationes. III. Viſiones. IIII. Miracula. V. Carceres Petri. Deinde Pauli quoq; conuerſionem, peregrinationes, Diſputationes, Miracula, Carceres & uincula) Tamen huius libri Viginti octo capita ſic commodiſſimè poſſunt diuidi.

I. Ab initio uſq; ad ſextum caput deſcribit Lucas primùm hiſtorias Aſcenſionis Chriſti. II. Electionis Matthiæ in Apoſtolum. III. Miſsionis Spiritus ſancti. Deinde quatuor egregias & fructuoſas Petri de Chriſto conciones, primam in ſecundo. Secundam in tertio. Tertiam in quarto. Quartam in quinto capitibus, cum duobus Miraculis ſingularibus, à Petro Apoſtolo editis, nimirum de ſanato claudo, atq; de ſubitanea morte Ananiæ & Saphiræ. Poſtremò de Apoſtolorum in genere communione, perſequutione, carcere, flagris, oratione & conſtantia.

A Sexto capite uſq; ad 13. præter hiſtoriam de conuerſione Diui Pauli capite 9. deſcribitur

poſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

poſt electionem Diaconorum, concio & Martyrium Stephani, nec non hiſtoria Simonis Magi, & Eunuchi ab apoſtolo Philippo conuerſi. Qui duo uerum inter falſos & ueros Chriſtiaons diſcrimen præ ſe ferunt,

Deinde continuatur hiſtoria de diui Petri miraculis in ſanato Enea, & reſuſcitata Tabea. II. Viſione. III. Vocatione. IIII. Profectione. V. Prædicatione apud Cornelium, de uocatione Gentium. Poſtremò non ſolum Petri cum Iudæis diſceptatio pro uocatione Gentium, per repetitionem hiſtoriæ de Cornelio, ſed etiam illius ſub Herode carcerati, & miraculoſa liberatio, Tyranno percuſſo diuinitus, & à Vermibus conſumpto, fideliter & ordinè deſcripta ſunt.

A Decimotertio capite uſq; ad finem deſcriptæ ſunt Peregrinationes, Nauigationes, Manſiones, Conciones, Miracula, Diſputationes, pericula, carceres & flagra diui Pauli, ab eo die, quo dixit Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus, ad quod uocaui eos, uſq; ad conductum, in quo Paulus cum cuſtodiente ſe Milite biennio manſit. Interim terra mariq; fideliter docuit.

1. PAPHENSES } Cap. 13.
4. Athenienſes. }

3. Iconienſes. } Cap. 14.
4. Liſtrenſes. }

5. Hieroſolymitanos. ⎫ Cap. 15. & 16.
6. Philippenſes, ⎭
7. Theſſalonicenſes, ⎫
8. Beroenſes, ⎬ Cap. 15.
9. Athenienſes, ⎭
10. Corinthios, Cap. 18.
11. Epheſios Cap. 19.
12. Troadenſes, ⎫ Cap. 20.
13. Melitenſes, ⎭
14. Tyrios, ⎫ Cap. 21.
15. Cæſarienſes, ⎭

Tandem Hieroſolymis & Cæſariæ malè tractatus, incarceratus, & aliquoties per totum biennium, & ultra, Iudicio Iudæis eum accuſantibus præſentatus, donec ad Cæſarem appellare coactus eſt, Cap. 20. uſq; ad 27.

Poſtremò deſcribit Lucas nauigationes Diui Pauli poſtquam ad Cæſarem appellauit à Iudæa uerſus Romam, & Pauli de Chriſto teſtimonium apud Romanos, ut legis capite penultimo & ultimo. Sic clarè uidentur in hoc inſigni libro omnia teſtimonia, prædicationes & Miracula eò ſpectare, quod ſolùm per fidem in IESVM CHRISTVM, ad peccatorum remiſsionem & ad æternam uitam perueniamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE EPISTOLIS DIVI PAVLI ET ALIORVM

EPiſtolæ Apoſtolorum, ſicuti ſupra quoq; diximus, ſunt tanquam Sigilla & ſubſcriptiones, item teſtimonia & illuſtrationes eorum quæ ſcripta ſunt ab Euangeliſtis, Vt: Ego Paulus ſic ſubſcribo Euangelio Matthæi: Ego Petrus ſic ſubſcribo &c.

DE EPISTOLA AD ROMANOS.

HAEc Epiſtola methodus eſt ſcripturæ ſacræ. Breuiter enim ea quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, comprehendit, Nec incommodè diuidi poteſt in quatuor principales partes.

Ab initio uſq; ad Quintum Caput ponit duas propoſitiones, & utramq; firmis & euidentibus argumentis defendit. Altera propoſitio Legalis eſt, nimirum hæc: OMNES HOMINES SVNT PECCATORES. Hanc probat, oſtendens omnes Gentes peccatores eſſe, in Primo Capite. Deinde Iudæos quoq; eſſe peccatores, in Secundo capite. Poſtremò infert OMNES eſſe peccato-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

res in 3. Capite. Altera propoſitio Euangelica eſt, ſcilicet, QVOD HOMINES IVSTIFICENTVR GRATIS PER GRATIAM DEI, PER REDEMPTIONEM, QVAE EST IN CHRISTO IESV. Hanc iuſticiam eſſe per Fidem, probat multis argumentis, capite 4. Primum ab exemplo Abrahæ. Secundo à definitione Iuſtificationis. Tertio, ex ordine cauſarum & effectuum. Quarto, ex cauſa promißionis.

A Quinto capite uſq; ad Nonum reſoluit utranque propoſitionem in ſuas partes, de quibus ſeorſim diſputat. Primò quid ſit Peccatum, Quid Lex, Quid Gratia. Oſtendit interim, plus poſſe Gratiam per & propter CHRISTVM quam peccatum per Adam. Et eos damnat, qui ex prædicatione Gratiæ putant peccandum eſſe, declarans econtra, nihil eſſe damnationis his qui inſiti ſunt CHRISTO IESV, qui non ſecundum carnem ambulant, Vbi ſubinfert capite 8. pro afflictis & ſub cruce uiuentibus, ab eo loco: Non ſunt condignæ paßiones &c. uſq; ad finem Capitis octo egregias conſolationes.

1. De reuelatione futuræ gloriæ.
2. De Compaßione omnium creaturarum.
3. De gemitu miniſtrorum uerbi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

4. De Spe uitæ æternæ.
5. De perſona Spiritus ſancti.
6. De prædeſtinatione.
7. De Perſona Dei Patris.
8. De perſona filij, Quis ergo &c.

A Nono capite uſq; ad 12. tractat locum de Prædeſtinatione, repetens quæſtionem, poſitam initio tertij capitis, nempe hanc: Quid ſi quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Inde occaſione accepta primùm de Electione diſputat, ut ſciamus, ad quos iſta gratia pertineat, idq; capite Nono. Deinde iuſticiam fidei definit & exponit, capite 10. Poſtremò docet, Neminem offendi debere Prædeſtinationis uerbo, ſemperq; labi eos, qui neglecta Fidei iuſticia, à Prædeſtinatione ſalutem ſuam ſtudent inchoare.

A 12. Capite uſq; ad finem Epiſtolæ pareneſes aliquot, ſeu admonitiones Chriſtianas ponit de bonis operibus. Primùm in genere erga quemlibet proximum, ubi genera bonorum operum ponit, ut ſunt opera confeßionis, Vocationis, dilectionis. Deinde erga ſuperiores ſeu erga Magiſtratum, Cap. 13. Poſtremò erga inferiores, id eſt, infirmiores, cap. 14. 15.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Caput ultimum continet ſalutationes ſeu uota & precationes Euangelicas, Et eſt ſalutatio non minimum Humanitatis officium cenſendum.

DE PRIORI EPISTOLA AD CORINTHIOS.

QVàm diu Paulus Corinthi manſerit, quid illic egerit &c. Vide Actorum 15. Reprehendit Paulus acriter Corinthios in hac Epiſtola, quos multis uicijs obnoxios eſſe mouit. Ad Legem itaq; pertinet, ut maximè, Nam eſt obiurgatoria Epiſtola, iubens Corinthios declinare à malo, & facere bonum.

Directa eſt contra.

1. *Sectarios. Cap. 1. 2. 3. 4.*
2. *Inceſtuoſos 5.*
3. *Scortatores. 6.*
4. *Adulteros. 7.*
5. *Contentioſos. 8. 9. 10. 11.*
6. *Contemptores infirmorũ. 8. 12. 13.*
7. *Superbos. 14.*
8. *Arrogantes. 15.*
9. *Negantes reſurrectionem à Mortuis. 16.*
10. *Auaros.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DIVIDITVR AVTEM COMMOdius in quinq; partes principales.

Ab initio uſq; ad Quintum caput uerſatur in prima Tabula Decalogi, damnans Mundi ſapientiam, utpote ſaluti hominum pernicioſam, nempe quòd Sectas & Schismata pariat in Religione Chriſtiana. Deinde contemptum miniſterij Euangelij propter ſuperbiam illorum, qui ſapientia humana ſunt inflati.

A Quinto capite uſq; ad Octauum tranſit ad ſecundam Tabulam, & inſectatur quædam uicia. Primùm enim iubet Inceſtuoſum excommunicari, ſimileſq; alios uitari. Deinde reprehendit iniuriam, contentiones & hæreſes, indicans iniuriam uel ferendam, uel controuerſiam ad Arbitros potius, quam impios iudices eſſe deuoluendam. Mox enumerat congeriem uiciorum, & ſeorſim luxum & libidines inſectatur, Coniugio, Cœlibatui & Virginitati ſuam laudem tribuens.

Ab Octauo capite uſq; ad 12. reprehendit abuſum libertatis Chriſtianæ, nec non infirmos eſſe tolerandos admonet, potius quam ut ſibi inuicem ſcandalo eſſe debeant, præſertim in rebus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

externis, ut in eſu, potu, ueſtibus, communione Sacramenti, nunc ſeipſum in Exemplum trahens, nunc ex Veteri Teſtamento horrenda exempla adducens.

A Duodecimo uſq; ad 15. enumerat, primùm egregia Dei dona, quibus Miniſterium uerbi ſeruatur ad gloriam Dei. Deinde Charitatem eis ob oculos depingit. Poſtremò uerbi Miniſterium & prædicationem ita commendat, ut omnibus contionibus & lectionibus ſcripturarum eam præferre non uereatur.

A Decimoquinto uſq; ad finem, primùm eſſe reſurrectionem mortuorum euidentiſsimo CHRISTI exemplo demonſtrat. Deinde corporum in æterna uita claritatem diuerſam, eſſe multis ſimilitudinibus oſtendit, ſubiungens & reſurgendi modum, uictoriam piorum abſorpta morte.

Poſtremò præter familiaria de collectis, ſeu ſanctorum ſubſidijs agit Vltimo capite, clauſulam finalem, horrenda comminatione ſubnectens, ut qui non amet DOMINVM NOSTRVM IESVM CHRISTVM, ſit maledictus, & æternæ morti deſtinatus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ISAGOGE AD LIBROS

DE POSTERIORI

EPISTOLA AD CO-RINTHIOS.

Differt hæc Epiſtola à priori ſicut Oleum à Vino, ſeu Euangelium à Lege. Hic enim mitius agit cum Corinthijs, Nam in hac ſecunda Epiſtola conſolatur Paulus Corinthios & exhibet ſe benignum erga eos, & iubet ut excommunicatum recipiant in gratiam.

Conſiſtit	1.Conſolationibus	ad bo-	1.2.
autem	2.Commendationib.	na ope-	3.4 5.
hæc Epi-	3.Adhortationibus	ra &	6.7.
ſtola, in	4.Inuectionibus	eleemo-	8.9.
	5.Comminationibus	ſynas.	10. 11.

SIC ITAQVE DIVIDI potest.

Ab initio uſq; ad Sextum caput ſunt commendationes. Primum enim oſtendit ſuam erga Corinthios charitatem, & quod omnia prædicauerit fecerit & paſſus ſit ad ipſorum ſalutem & utilitatem. Deinde commendat Euangelij miniſterium, ut ſummè neceſſarium, quodq; dignus ſit miniſterio Legis, & augetur in credentibus, ac ſpem facit eis de æterna gloria per Crucem.

A Sexto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

A ſexto capite uſq; ad 10. ſunt adhortationes. Primum enim hortatur eos, ut ornetur Dei uerbum operibus & patientia. Deinde & Eleemoſinas præſtent pauperibus ſanctis in Hieruſalem.

A Decimo capite uſq; ad finem ſunt inuectiones & commmationes. Primum enim inuehitur in PſeudoApoſtolos, contra quos agit confidenter, & in Domino gloriatur, ſcilicet.

De
1. Externis & alienis rebus & perſonis.
2. Proprijs paßionibus in corpore.
3. Proprijs paßionibus in animo, pro Eccleſijs.
4. Fuga & euaſione.
5. Viſionibus & reuelationibus.
6. Tentationibus.
7. Fidelitate ſua in miniſterio Verbi apud Corinthi. 6.
8. Promptitudine uel tertiò ſeruiendi Corinthijs.
9. Voluntate moriendi pro Corinthijs.
10. Iuſticia bonæ conſcientiæ, quod non læſerit Corinthios.

Deinde multas rationes addit, quòd Paulus ipſe ſolus in miniſterio Verbi plus laborauerit & paſſus fuerit, quàm omnes in uniuerſum Pſeudo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

apoſtoli Corinthiorum, ut in laboribus, plagis, carceribus, &c. cap. 11.

Poſtremò minatur Corinthijs ultimo capite, qui reſipiſcere nolunt, & (ut Auguſtinus inquit) iudicem ſe uenturum ſcribit, ut non inueniat, quos condemnet.

Præterea dicit, ſe orare pro Corinthijs, ut nihil mali faciant. Vnde inquit Auguſtinus: Apparet uoluntatem hominis à Deo corripi, & dirigi, ut bona opera faciat. Pſalmo 63. A DOMINO greſſus hominis diriguntur.

DE EPISTOLA PAULI AD GALATAS.

HAec Epiſtola proximè accedit ad Epiſtolam, quam Paulus ad Romanos ſcripſit quantum ad doctrinã Chriſtianam attinet. Paulus enim contra Pſeudoapoſtolos defendit articulum Iuſtificationis, & confirmat iuſticiam Fidei, quòd homo non iuſtificetur ex operibus Legis, ſed tantùm per fidem IESV CHRISTI. Et quanquam ſunt duæ principales partes huius Epiſtolæ, altera de iuſticia fidei, uſq; ad quintum caput, Altera de fructibus fidei ſeu bonis operibus uſq; ad finem: Tamen cum ſint ſex capita, poſſunt bini & bini, per ſe conſiderari.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Paulus enim in primo & ſecundo capite extollit & commendat ſuam uocationem, quod non humana, ſed Diuina autoritate docuerit Eccleſias. Id multis argumentis probat eſſe ueriſsimum, uidelicet.

1. Quòd abierit in Arabiam ſtatim à ſui conuerſione.
2. Venerit Hieroſolymam, tantùm uidere Petrum.
3. Abierit in partes Ciliciæ & Syriæ.
4. Non circumciderit Titum Hieroſolymis.
5. Nihil à magnis Apoſtolis acceperit.
6. Reprehenderit Petrum.

Deinde poſita principali propoſitione in fine ſecundi capitis, uidelicet, QVOD HOMO NON IVSTIFICETVR EX OPERIBVS LEGIS, SED PER FIDEM IN CHRISTVM, pergit eam probare tertio & quarto capite, Primùm Scripturis. Secundo Exemplis. Tertio, Similitudinibus ſcripturæ, ex Geneſi, Leuitico, Deuteronomio, & Abacuc. Similitudines præter allegoriam ſunt tres. Primùm de ligatore Teſtamenti. Secundo de Pœdagogo. Tertio, de Tutore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Sūma argumentorū hæc eſt, Chriſtus	1. Non eſt miniſter peccati. 2. Tradidit ſemetipſum. 3. Non fruſtra mortuus eſt. 4. Spiritus ſanctus ex auditu fidei datur. 5. Abrahā fide iuſtificatus eſt. 6. Iuſtificarij ſub maledicto ſūt 7. Iuſtus ex fide ſua uiuit. 8. Chriſtus factus eſt maledictum pro nobis. 9. Iuſtitia fuit ante Legem. 10. Hæreditas eſt ex promiſsiōe.	Ergo non ex operibus Legis, ſed per fidē in Chriſtū iuſtificamur.

Poſtremò docet in Quinto & ſexto Capite, poſita concluſione de loco Iuſtificationis, fructus Fidei, ſubnectens præcepta de moribus, de bonis operibus, Vt credentes ambulent ſecundum charitatem, & tueantur quidem in CHRISTO libertatem: ſic tamen, ut ea non abutantur. Porro quòd Paulus fuerit apud Galatas, Vide Actorum 18.

DE EPISTOLA AD EPHESIOS.

EPISTOLA AD EPHESIOS eſt amplificatio loci de iuſtificatione & reconciliatione ſatis copioſa per omnes cauſas, Et mirabilis atq; profunda Euangelij commendatio, longaq; beneficiorum Dei in cauſa ſalutis noſtræ commemoratio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DIVIDITVR AVTEM IN DVAS principales partes, ſcilicet, in arborem, & fructus arboris, id eſt, in doctrinam iuſticiæ fidei, & bonorum operum.

SVMMA prioris partis, quæ fidem reſpicit, conſiſtit in his beneficijs Dei, nobis exhibitis, in CHRISTO, ut ſunt:

1. Benedictio ſpiritualis.
2. Electio.
3. Prædeſtinatio.
4. Adoptio.
5. Bona uoluntas.
6. Glorioſa gratia.
7. Redemptio.
8. Remiſsio peccatorum.
9. Vocatio.
10. Euangelium ſalutis.
11. Spiritus promiſsionis.
12. Fides.
13. Dilectio.
14. Spiritus ſapientiæ.
15. Cognitio uocationis.
16. Cognitio uirtutis Dei.
17. Viuificatio.
18. Vocatio Gentium.
19. Paſsio CHRISTI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

20. Euangelizatio pacis.
21. Eccleſia ex Gentibus collecta.
22. Miniſterium Verbi.
23. Charitas Chriſti.
24. Plenitudo Dei.

Hic eſt uerus & ſummus Chriſtianorum theſaurus, ex latitudine & longitudine, altitudine & profunditate dilectionis Chriſti collectus.

Poſterior pars à quarto capite uſq; ad finem Epiſtolæ conſiſtit in his fidei fructibus, qui ſunt. I. Humilitas. II. Lenitas. III. Patientia. IIII. Charitas erga proximum in omnibus donis. V. Nouitas uitæ. VI. Veritas. VII. Iuſtitia. VIII. Benignitas. IX. Miſericordia. X. Caſtitas cum contrarijs uicijs, quæ Chriſtiani uitare debent. Deinde gratiarumactio, cum informatione ſingulorum ſtatuum, & deſcriptione militis Chriſtiani, contra ſpirituales nequitias per totam uitam pugnaturi, Cuius lumbi habebunt baltheum ueritatis: Pectus thoracem iuſticiæ: Pedes habebunt calceos Euangelij pacis: Manus ſcutum fidei: Caput Galeam ſalutis: Latus gladium ſpiritus: Sagittæ eius ſunt, I. Oratio. II. Obſecratio. III. Deprecatio. IIII. Sedulitas. V. Vigiliæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES Romæ in uinculis à Paulo ſcripta, etſi non continet integram diſputationem, qualis eſt in Epiſtola ad Romanos & ad Galatas, tamen eſt inſignis & adhortatoria Epiſtola ad conſtantiam, ut pij in iuſticia Fidei conſtanter pergere debeant. Porrò de Philippenſibus uide Actorum 16.

Quanquam autem diuus Paulus primùm agit gratias. II. Orat. III. Monet. IIII. Laudat. V. Conſolatur. VI. Vocat mortem lucrum. VII. Cupit diſſolui & eſſe cum Chriſto. VIII. Exultat ingenti gaudio de ſui immolatione. IX. Contendit ad ſcopum. X. Iactat ciuitatem noſtram in cœlis eſſe. XI. Expectat inde Saluatorem aduenientem. Tamen ut capita ſunt Quatuor, ita quatuor præcipuè agit ſingula in ſingulis capitibus.

In Primo capite poſt ſalutationem & Exordium proponit ſeipſum illis Exemplum, & hortatur eos ad patientiam in afflictionibus habendam, indicans, adflictiones piorum cedere illis in bonum.

In Secundo capite hortatur eos ad concordiam & unitatem, ne quid faciant per contentionem,

nem, ſed per humilitatem ſibi inuicem ſeruiant, exemplo CHRISTI, qui humiliarit ſeipſum, &c. Præterea commendat eis Timotheum & Epaphroditum, fideles uerbi Dei Miniſtros.

In Tertio hortatur eos, ut caueant impios doctores Circumciſionis ſeu meritorum humanorum, & ſectentur ſolum illam doctrinam, quæ eſt de iuſticia fidei in CHRISTO, iterum ſeipſum exemplum proponit eis imitandum.

In Quarto hortatur eos, ut in eadem certa, pia & firma doctrina conſtent, perdurent atq; perſiſtant cum gaudio & pace. Præterea gratias agit eis pro muneribus fideliter miſsis, iuxta Miniſterij ipſius in uerbo Dei rationem.

DE EPISTOLA AD COLOSSENSES.

HAec Epiſtola ferè eadem eſt cum Epiſtola ad Epheſios, niſi quòd hæc eſt breuior. Quemadmodum enim Epiſtola ad Galatas Methodus eſt Epiſtolæ ad Romanos, ita hæc Epiſtola methodus eſt Epiſtolæ ad Epheſios, ſeu compendium quoddam. Summa huius Epiſtolæ eſt, quod nihil eſt tam aduerſum fidei & ſaluti noſtræ, quàm ubi ratione humana, quæ Dei ſunt æſtimare cœperimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DIVIDITVR AVTEM IN DVAS partes principales, (ſicuti & Epiſtolæ ad Romanos, Galatas & Epheſios) nempe in arborem & fructus, ſeu in doctrinam Fidei & Charitatis.

Priora enim Duo capita continent non ſolùm Euangelij & Fidei definitionem, eſſe ſcilicet ſapientiam cognoſcendi CHRISTVM, quòd ſit Dominus, Redemptor, Deus & reconciliator noſter. Sed etiam grauiſsimam adhortationem ad hanc Euangelij doctrinam, & dehortationem à falſa doctrina, quâm inſectatur acerrimè, depingens, ut uerus Propheta, Papatum ac Monachatum in Religione Angelorum etc. quorum traditionibus unicum ac ſolum CHRISTVM, peccati, mortis & Satanæ uictorem ac triumphatorem opponit.

Reliqua Duo capita continent admonitiones de moribus Chriſtianorum, ut uitam ſuam profeſsione dignam uiuant, & exuentes ueterem Hominem, induant nouum, per Charitatem & uerbi Chriſti obſeruationem. Deinde ſingularum in Oeconomia & re familiari perſonarum pro cuiuſq; conditione breuem informationem, qua requirit à Mulieribus, filijs ac ſeruis obedientiam: à Viris, ſenibus & Dominis, dilectionem, humanitatem &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

æquitatem. Poſtremò precandi ſtudium & quædam familiaria, ut commendationes ſalutationes & ſingularia Pauli pro ſuo more præcepta.

DE PRIORI EPISTOLA AD THESSALONICENSES.

Q Vemadmodum in Actis Cap. 17. diligentia Theſſalonicenſium in inquiſitione Scripturarum commendatur: Ita Paulus in hac Epiſtola Fidem & conſtantiam eorum commendat, & ad perſeuerantiam hortatur.

DIVIDITVR AVTEM IN DVAS partes principales.

In primis enim Tribus capitibus uerſatur in continua quadam narratione, qua non ſolùm commendat Theſſalonicenſes. Primò propter Euangelij ſuſceptionem, Secundo, Propter Fidei conſtantiam. Tertio, propter perſequutionis patientiam. Quarto propter imitationis exemplum. Quinto, propter uerbi deuulgationem. Sexto, propter Fidei celebrationem: Sed etiam illis in exemplum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

perſeuerantiæ commemorat ſuos labores, ſtudia, pericula, certamina, conuerſationem, deſiderium, ſollicitudinem, precationes. In Summa, quomodo ſe geſſerit apud eos, & quid ſuſtinuerit eis in exemplum.

In Duobus reliquis capitibus primùm eos à uiciјs dehortatur, & ad exercitium bonorum operum hortatur. Deinde confirmat eos de Reſurrectione, proponens ipſis quatuor argumenta. I. De morte, quod ſit ſomnus. II. De Reſurrectione CHRISTI. III. De ordine reſurgendi. IIII. De uita æterna, quibus argumentis ſeſe conſolari queant. Poſtremò de extremi diei ſubitaneo aduentu agit, quo eos ad uigilantiam hortatur, addens in fine congeriem bonorum operum, & bonarum ordinationum, quibus gubernanda eſt uita Chriſtiana.

DE POSTERIORI EPISTOLA AD THESSALONICENSES.

HAEC ſecunda Epiſtola eſt correctio ſententiæ prioris Epiſtolæ de extremo die, nimirum Nos qui uiuimus qui reſidui ſumus, &c. Item: Dies DOMINI ſicut fur &c. Perterrefacti

terrefacti fuerant enim ex his Pauli uerbis Theſſalonicenſes, atque inde colligerant, ſe uiſuros extremum diem adhuc ſua ætate. Paulus itaque corrigit ſeipſum, & extremum diem in foribus eſſe negat, Prophetans de regno Antichriſti, & de horrenda ab Euangelio defectione, diem Iudicij præceſſura. Porro quorſum Paulus in hac Prophetia reſpexerit, & quid in ſpiritu futurum præuiderit (ſicut etiam 1. Timothe. 4.) nunc à poſteriori, cùm ſit res manifeſta, norunt omnes fideles, quod de Romano Pontifice fuerit uaticinatus.

In Primo gratulatur Paulus Theſſalonicenſibus Fidem. II. Dilectionem. III. Perſeuerantiam in Cruce, collationem inſtituens inter præmia Piorum, & pœnas Impiorum, ut hic quam primùm, ab impietate, piorumque perſequutione deſiſtant, illi uerò conſtanter pergant, & ſic currant, ut brauium compræhendant. 1. Corinth. 9.

In Secundo capite Paulus interpretatur ſententiam prioris Epiſtolæ de extremo die per Prophetiam de Romani imperij deuaſtatione, pariter & de regno Antichriſti, quod regnaret ante Iudicium extremum in Eccleſia, nec non efficeret, ut ſua mandata ſuper Dei mandata ſeruarentur, cuius tyran-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

nide preßi homines à Fide deficerent, & ad traditiones humanas tranſirent. Porrò ad finem Prophetiæ gratulatur iterùm Theſſalonicenſibus æternam in Chriſto tam electionem, quàm uocationem, & obiter adhuc magis ſuum illis officium commendat.

In Tertio Capite Pareneſes ſeu admonitiones aliquot inſtruit, præſertim contra uitam ocioſam, ne qui nihil agerent, malè (ut fit) agere dicerent. ſed quiſq; in ſudore uultus ſui pane ſuo ueſceretur. In fine ponit cauſam finalem pariter, & modum denunciationis & excommunicationis, ut ſcilicet Excommunicatus & rubore ſuffundatur, cùm uideret, ſe uitari ab omnibus, & uel diſcat agnoſcere ſuum erratum, & ut frater interim corripiatur, ut nullo modo quaſi inimicus exiſtimetur.

DE PRIORI EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

EPISTOLA AD TIMOTHEVM hæc prima, etſi omnibus hominibus concionatur, tamen familiariſsimè nota ſit miniſtris Euangelij. Fuit enim Timotheus Epiſcopus & fidelis Verbi Dei miniſter. Nam Paulus poſtquam eum circumciderat, & ad Miniſterium Verbi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

uocauerat, habuit eum aliquando Comitem, aliquando Legatum fidelem in officio Apoſtolatus, donec Eccleſijs Epheſianis in uerbo Dei præfectus eſt. Ideo Paulus eum, ut adhuc iuuenem, informat, in ijs quæ uerè & propriè pertinent ad Epiſcopatum, cui etiam peculiariter optat præter gratiam & pacem, etiam miſericordiam, ut & opus habent Epiſcopi & Paſtores maiori præ alijs conſolatione, cùm ultra omnes patiantur. Sit igitur hæc Epiſtola fidelibus uerbi prædicatoribus commendata, utpote eis ſingulariter ſcripta.

SEX SVNT HVIVS EPISTOlæ Capita quæ ſic diſcerni poßunt.

In Primo capite poſtquam Paulus fabulas & impiam doctrinam deteſtatus eſt, tradit compendium de uſu & effectu Legis & Euangelij, ſeipſum proponens Exemplum, ut admoneat Timotheum de ſumma doctrinæ Chriſtianæ, quam Epiſcopum oportet profiteri.

In Secundo capite uult primmùm Viros, deinde ſeorſim etiam Mulieres, per Timotheum admoneri. Viros (quo uocabulo totam domum comprehendit) ut orent pro omnibus hominibus in genere, Deinde ſeorſim pro Magiſtratu, quem Deus (in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

quit) per mediatorem CHRISTVM, ut omnes homines, uult ſaluum fieri. Poſtremò ut orent in omni loco, ſed ubicunq; locus fuerit & occaſio orandi. Mulieres uerò, ut ornent ſe non ſumptuoſo & ſplendido Veſtitu aut gemmis & auro, ſed Virtutibus & bonis operibus, ut habitus integritatem uitæ pariter & uerecundiam teſtetur. Deinde docendi munus & autoritatem in uiros eis derogat. Poſtremò commendat illarum officium, & eas conſolatur.

In Tertio capite, quales oporteat eſſe miniſtros uerbi, nec non illorum uxores oſtendit, nunc ea quæ decent approbando, nunc ea quæ non decent reprobando & damnando. Requirit enim in Epiſcopo & Diacono (ſub quibus uerbi Dei miniſtros omnes compræhendit) præter integritatem uitæ & coniugium.

1. Sobrietatem.
2. Modeſtiam.
3. Caſtitatem.
4. Hoſpitalitatem.
5. Dexteritatem in docendo.
6. AEquitatem.
7. Curam domeſticam.
8. Bonum teſtimonium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

E diuerſo damnat in eodem.

1. Ebrietatem.
2. Dicacitatem.
3. Turpis lucri cupiditatem.
4. Pugnacitatem.
5. Auaritiam.
6. Superbiam.

In Vxoribus miniſtrorum requirit,

1. Pudiciciam erga uirum.
2. Taciturnitatem erga proximum.
3. Sobrietatem erga ſeipſas.
5. Pietatem erga Deum.

In fine Capitis deſcribit domum Dei, ſubiungens miniſterium Euangelij, ſeu Chriſti tranſitum ſecundum humanitatem.

In Quarto capite falſam doctrinam pijs omnibus cauendam, cum ſuis ſignis & notis, nempe prohibitione coniugij & ciborum, Prophetico more, proponit ac uenturam prædicit. An non hic tam manifeſtè depingit Papatum, ac ſi in medio Papatu uixiſſet? Sunt ne in Papatu I. Spiritus ſeductores. II. Doctrinæ Dæmoniorum. III. Hypocryſis. IIII. Cauteriatæ conſcientiæ. V. Prohibitio Matrimonij. VI. Prohibitio ciborum?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Thimotheum econtra uult Paulus operibus pietatis erga Proximum exerceri, ſuumq; officium diligenter adminiſtrare.

In quinto capite primùm tria genera uiduarum recenſet, Vt ſunt, Viduæ diuites, Pauperes & Iuuenes. Diuites uult domibus ſuis præeſſe. Pauperes uult Eccleſiæ ſumptibus ali. Iuniores autem nubere in DOMINO. *Deinde Presbyteris ſeu uerbi Dei Miniſtris uult adminiſtrari honorem, uictum & iuſticiam, de ſingulis fideliter admonens Timotheum.*

In Sexto capite poſt inſtructionem ſeruorum concludit Epiſtolam graui dehortatione à falſa doctrina pariter & ab auaricia, fideliter admonens Timotheum, ut in uera doctrina perſeueret, & in uera temperantia ſeu rerum mediocritate uitam agat, ſectando pietatem, fidem & charitatem. Diuitibus uult hæc tria prohiberi, Primò ſuperbiam, Secundo confidentiam in diuitijs, Tertio abuſum diuitiarum. Timotheum uerò uult à uacuis diſputationibus alienum eſſe.

DE POSTERIORI
EPISTOLA AD TIMOTHEVM.

PErgit diuus Paulus etiam ex carcere Timotheum admonere, ut bona fide tanquam magni

precij

preciȷ depoſitum & theſaurum puram Euangeliȷ doctrinam cuſtodiat & ad poſteros incorruptam curet transmitti, inſuper adflictionem ferendo cum Euangelio, ſecundum uirtutem Dei. Porrò non ſoli Timotheo, ſed omnibus gubernatoribus & Eccleſiæ doctoribus, imo omnibus qui rectè Euangeliȷ doctrinam perceperunt, Spiritus ſanctus per os Pauli concionatur. Quare debet etiam hæc Epiſtola Miniſtris Euangeliȷ quam commendatiſſima ſemper eſſe.

SVNT TANTVM QVATVOR *capita, quæ ſic diſcernuntur.*

In primo capite poſt gratulationem admonet Timotheum. I. De reſuſcitanda gratia Dei. II. De non erubeſcendo propter Euangelium & uincula Pauli. III. De afflictione ferenda. IIII. De retinenda forma ſanorum uerborum. V. De bono depoſito cuſtodiendo. Interſcrit autem egregium & uerè Euangelicum locum: QVI NOS SALVOS FECIT, *&c. apertè contra iuſtificationem operum, & pro ſola gratia Dei, commendans inſuper officium ſuum, & Oneſiphori domum contra defectionem Aſianorum ab Euangelio.*

In Secundo capite poſt commendationem doctrinæ primum hortatur eum ad ferendam adflictionem,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ctionem, adductis in medium egregijs argumentis à præmio. Deinde eum à contentione uirorum & uaniloquio dehortatur, oſtendens non magis mirum eſſe, ſi boni pariter & mali ſunt ſimul in Eccleſia, quàm ſi in domo diuitis ſunt uaſa alia, in honorificum uſum, alia in uſum contumelioſum deſtinata.

Poſtremò præcipuum eſt in hoc capite, quòd uult eum rectè ſecare uerbum Veritatis, uidelicet ne confundat inter ſe Legem & Euangelium, ſed Legem urgeat contra malos, facinoroſos & obſtinatos, ut uel tradantur Magiſtratui puniendi, uel excommunicentur: Adflictos uerò & probos Euangelio conſoletur. In fine capitis oſtendit, pœnitentiam eſſe donum Dei.

In Tertio capite prioribus periculis, nempe de Aſianorum & aliorum ab Euangelio Chriſti defectione, ſubnectit aliud periculum, & congerie depingit falſos doctores, quos nouiſſimis temporibus uenturos prædicit, contra quos hortatur Timotheum, ut ſua conſtantia conſulat etiam poſteritati.

Porro quemadmodum in ſuperiori Epiſtola, ſic etiam hoc loco præuidet Paulus in Spiritu Romanorum Pontificum impietatem, & ea quæ his

nongentis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

nongentis annis in Papatu tranſacta ſunt. In fine commendat ſacram Scripturam, qua commendatione nihil poteſt dici excellentius.

A Quarto capite concludit Epiſtolam per obteſtationem,qua finaliter obteſtatur Timotheum, ut opus faciat Euangeliſtæ, ſignificans adeſſe tempus ſuæ reſolutionis, & ſe bonum certamen c rtaſſe. Deinde quædam familiaria ſubiungens,Epiſtolam finit. Scripſit autem hanc Epiſtolam haud dubiè paulò ante ſuum Martyrium, cum Neroni ſecundò ſiſteretur.

DE EPISTOLA
AD TITVM.

QVanquam hæc Epiſtola non eſt talis methodus, ut eſt Epiſtola ad Romanos: tamen mira breuitate, totius Chriſtianæ doctrinæ compendium continet, in quo primùm doctores inſtruit & informat, ut hæc tria capita commodiſſimè iuxta tres ſtatus principales, nempe Religionem, Politiam & œconomiam, diſcerni queant. Quorum ultimum, nempe Oeconomiam, in medio collocat Paulus, quippe prop.er quem Statum conſeruandum reliqui duo à Deo ordinati ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Pulchrè autem interſerit huic informationi locum Iuſtificationis, ſemel atq; iterum, ut eò tanquam ad ſcopum omnia dirigi atq; referri debeant.

In primo capite Religionem concernit, & ut in Epiſtola ad Timotheum, ita hîc quoq; deſcribit ſub nomine Epiſcopi, omnes Euangelij Miniſtros, quales eſſe debeant in doctrina & uita, nunc propter ipſos fideles, nunc propter falſos doctores, quos ad finem uſq; capitis depingit, & illorum impietatem tanquam in ſpeculo, in quo noſtri Papiſtæ ſe rectius intueantur conſpiciendam proponit.

In Secundo capite tabulam œconomicam pingit, & ſingulorum ſtatuum in œconomia uitam informat, ubi ſub nomine Iuuentutis Titum ipſum admonet, ut in omnibus ſeipſum præbeat exemplum bonorum operum. Mox rationem addit, nempe apparitionem gratiæ Dei, per hoc quod Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, ut in eo modeſtè, iuſtè & piè uiuamus.

In tertio capite dat præcepta de Politia, & de obedientia erga Magiſtratum præſtanda ſubditos omnes per Titum admonendos eſſe docet, graues ſubiungens cauſas, nimirum quod horum omnium debitores ſumus, Primùm Legales,

deinde

deinde Euangelicas, iterum adducens egregium locum Iuſtificationis, quo ſalutem derogat operibus, & ſoli miſericordiæ Dei propter Mediatorem CHRISTVM adſcribit, ubi formam & modum noſtræ redemptionis luculenter oſtendit, ut eum, qui nouus homo fieri cupit, neceſſe ſit credere & baptizari. Subiungit ad finem uſq; adhortationem ad bona opera præſtanda, & dehortationem à ſtultis quæſtionibus & hæreſibus, præter quædam familiaria.

DE EPISTOLA PAVLI AD PHILEMONEM.

HAec Epiſtola miram Pauli charitatem erga proximum ſpirat, per hoc quod Oneſimum ſuo domino Philemoni ſumma animi humilitate, ſuauißimisq; uerbis ſtudet reconciliare. Primum commendat Philemonis fidem & charitatem. Deinde petitionem ſuam pro Oneſimo ad fidem conuerſo, proponit. Poſtremò ſuauißimis affectibus Oneſimi culpam in ſe transfert, & cum ſuo domino iam non ut ſeruum, ſed ut charißimum fratrem in Chriſto reconciliat, interim non obſcurè ſuum in Philemonem ius ut Præceptoris in diſcipulum, inſinuans, tacitè ei imperat, ut fu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

tiuum ſeruum in gratiam uel ex debito recipere, non grauetur. Egregium caritatis Exemplum & concordiæ ſtudium in Paulo.

DE EPISTOLA AD EBRAEOS.

QVanquam dubium eſt, an hæc Epiſtola ſit Diui Pauli, propter aliquot locos in 2. 6. 10. & 12. cap. ex quibus conuincitur à quibuſdam, non eſſe Pauli: Tamen Epiſtolæ ſcopus autorem habet Spiritum ſanctum. Tradit enim diſertè, Chriſtum eſſe uerum Deum & uerum hominem, adeoq; unicum noſtrum redemptorem ac Saluatorem, & conſiſtit maior pars Epiſtolæ in collatione, qua conuincit, Chriſtum eſſe Dominum omnium, nempe filium Dei naturalem ac æternum. Confert enim CHRISTVM:

1. Cum Angelis, cap. 1. & 2.
2. Cum Moſe, capite 3. & 4.
3. Aarone, cap. 5.
4. Melchiſedech, capite 6. & 7.
5. Sacrificijs Legalibus, cap. 8. 9. 10. Quibus omnibus maior eſt CHRISTVS, per ſuum ſacrificium, ſanguinem & mortem æterna redemptione inuenta.

CAPI-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

CAPITA SVNT TREDECIM, QVAE pro maiori declaratione ſic diſcerni utcunq; poſſunt.

In duobus primis capitibus, poſt Exordium, in quo CHRISTI diuinitatem pariter & humanitatem breui deſcribit narratione, ipſum Angelis excellentiorem eſſe, nouem argumentis oſtendit, in quibus Chriſtum Deum, creatorem & omnipotentem eſſe prædicat, & Euangelium ipſius Legis prædicationi anteferendo, diluit intermixtas occupationes. Omnia tendunt in hunc finem, ut Iudæi, quibus ſcribit, relicto Iudaiſmo, firma in ſolum CHRISTVM fiducia ſpem omnem collocent. Atq; hæc eſt principalis Epiſtolæ propoſitio.

In tertio & quarto capite CHRISTVM excellentiorem Moſe prædicat, collationem inter dominum & ſeruum inſtituens. Mox ad Euangelij tempus applicat illud HODIE, quod eſt in Pſalmo 59. cum comminatione ſatis horrenda, ab exemplo illorum, qui propter incredulitatem in deſerto perierunt, à requie terræ Canaan excluſi.

In Quinto Sexto & Septimo incipit deſcribere Chriſtum Sacerdotem, conferendo cum primum cum Aarone, deinde cum Melchiſedech, cuius deſcriptionem uidetur in fine quinti capitis uelle

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

præterire, propter Iudæorum ſegnitiem & tarditatem, inſtituens digreßionem ſatis periculoſam in Sexto capite, ubi uidetur lapſis negare pœnitentiæ locum ipſis pertinacibus per hoc terrorem incutiendo. Sed in Septimo capite deſcribit, & commendat à dignitate Melchiſedech, qua commendatione CHRISTI Sacerdotium extollit.

In 8. 9. & 10. Capite multis grauißimis argumentis oſtendit, Chriſtum eſſe unicum Sacerdotem, & unicum pro peccatis ſacrificium, quod præfert omnibus ſacrificijs Legalibus, appellans illud NOVVM TESTAMENTVM ex cap. 13. Hieremiæ. Deinde Tabernaculi partes enumerat capite Nono, ſcilicet, Atrium, Sancta, & Sancta ſanctorum, cum ſuis iuſtificationibus, quibus figuris applicat ſanguinem Chriſti ut purificantem conſcientias. Vocat autem Chriſtum noui Teſtamenti mediatorem & ſanguinem eius ſanguinem noui Teſtamenti, ſignificans Chriſti ſanguinem effundendum in nouo Teſtamento pro remißione peccatorum. Poſtremò per repetitionem amplificat eandem collationem, ſcilicet ſacrificij Chriſti cum ſacrificijs Legalibus ex Pſalmo 39.& 31. cap. Hieremiæ. Talem concludit hunc totum locum per adhortationem ad fiduciam in ſanguinem Chriſti collocandam,& ad mutuam Dilectionem per bona opera præſtandam, Paraſceuen ſeu præparationem inſtituens ad ſequentia Capita.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In 11. 12. & 13. Primùm commendat fidem ab exemplis Patriarcharum, & aliorum ſanctorum ueteris Teſtamenti, ad ea reſpiciens, quæ Ieſus Syrach, de uiris illuſtribus à capite 44. uſq; ad 15. ſcribit. Deinde ſubiungit adhortationem ad fructus fidei, patientiam, diſciplinam, pacem, ſanctificationem, ueram pœnitentiam, obedientiam erga uerbum Euangelij, non tantùm inducens exemplum CHRISTI, ſed etiam ex ueteri Teſtamento comminationes. Poſtremò congeriem bonorum operum enumerat in Vltimo capite, cum dehortatione à falſa doctrina, cumq; adhortatione ad Ieſu Chriſti puram doctrinam, Confeßionem & gratirum actionem.

DE EPISTOLA IACOBI.

QVidam putant non eſſe Iacobi Apoſtoli ab Herode interfecti, Epiſtolam, non ſolùm propter locum ex Geneſi de Abraham, pro Iuſtificatione operum citatum contra ueram analogiam fidei, ſed etiam propter alios locos ex Epiſtolis Petri & Pauli deſumptos, & huic Epiſtolæ paßim intermixtos. Non eſt methodica Epiſtola, nec unam continuam materiam conti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

net, ſed ſcopas (ut aiunt) diſſolutas, id eſt, ſententias non ordinè inter ſe cohærentes. Et ſumma eſt, quòd urget Legem & bona opera contra ſecuros homines, & de fide ſine operibus gloriantes.

CAPITA QVINQVE TANTVM ſunt, quæ ſic poſſunt diſcerni.

In Primo capite particulatim has octo ſententias proponit. I. De patientia in rebus aduerſis præſtanda. 2. De diuina ſapientia à Deo petenda. 3. Credendum eſſe ſine dubitatione. 4. Diuitijs rectè utendum eſſe. 5. Tentationes, quæ ex concupiſcentia proueniunt, ſufferendas. 6. Verbum cœleſte diligenter audiendum. 7. Verbi effectus, bona opera eſſe facienda. 8. In uera religione uiuendum.

In Secundo capite duo tantùm loci tractantur, Alter de non contemnendis pauperibus Chriſtianis præ diuitibus, cum fides in Ieſum Chriſtum Perſonarum acceptationem non patiatur. Alter de bonis operibus, ex quibus fides erga Deum & proximum oſtendatur, ut hic locus ſit collatio inter hominem & hominem, non inter Deum & hominem, ubi ſola fides iuſtificat, cùm inquit: Oſtende fidem tuam ex operibus. &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Si quis hoc modo non intelligit Iacobum, ſed hanc illius ſententiam uult ad iuſtificationem torquere, quæ coram DEO ualet, tollit analogiam fidei, & Epiſtolam Pauli ad Romanos. Quod cùm ſit abſurdum, admittit ſententia Iacobi commodam interpretationem, & fidei analogam. Alioqui loci ſeu exempla ex Geneſi & ex libro Ioſuæ directè contra genuinam Scripturæ de Iuſtificatione ſententiam citantur.

In Tertio capite ſunt itidem duo loci tractati, quorum alter eſt de lingua cohibenda, ne falſam doctrinam doceat, quod eſt arrogare & uſurpare ſibi magiſterium in ſacra ſcriptura, ſuper uerum doctorem & magiſtrum SPIRITVM SANCTVM, cuius diſcipuli ſunt omnes Doctores pietatis in Eccleſia. Alter locus de diuina ſapientia eſt, quæ eſt in doctrina Lex & Euangelium, & in mentibus noſtris ipſa lux fidei & inchoata obedientia congruens legi Dei, iuxta dictum: Lucerna pedibus meis uerbum tuum.

In Quarto capite, ſunt commonefactiones de uirtutibus in ſingulis Decalogi præceptis, quaſi in unum cumulum congeſtæ. Primùm de fugienda contentione. 2. De uoluptatibus. 3. De oratione inſtituenda. 4. De fugiendo Adulterio. 5. De ſuperbia & Humilitate. 6. De obedientia erga Deum. Et ſic deinceps uſq; ad finem capitis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Quinto capite primùm inuehitur in eos, qui diuitijs ſuis abutuntur. Deinde hortatur pios ad patientiam & tolerantiam, & à iurandi conſuetudine dehortatur. Mox infirmorum curam haberi ſuadet. Poſtremò ſingulos ad mutuam deprecationem hortatur, & Orationem ab Exemplo Eliæ commendat. In fine effectum ueræ conuerſionis ponit.

DE PRIORI EPISTOLA PETRI.

HAEc Epiſtola uerè Apoſtolica eſt, ut illius qui à Chriſto interrogatus quis eſſet, reſpondit: TV ES CHRISTVS FILIVS DEI VIVI, Matthæi 16. Item: Ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ tu habes, Ioannis 6. Redolet enim eiuſdem confeßionis, miram ſuauitatem, & in fide conſtantiam ac ſinceritatem. Nam purè CHRISTVM confitetur, derogans noſtris meritis ſalutem, & tradens ueram Chriſti cognitionem, in qua uult Gentes conuerſas, quibus ſcribit, conſtantes pergere, & creſcere de die in diem, ita ut etiam in uita moribus & conuerſatione reſpondeant Euangelio cuiuſcunq; ſtatus & conditionis fuerint, ut ſunt, quos enumerat. I.

Subditi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Subditi 2. Serui. 3. Mulieres. 4. Viri. 5. Presbyteri 6. Adoleſcentes.

CAPITA QVINQVE SVNT, ET ſic poſſunt diſcerni.

Primùm caput in duas partes diuiditur. In priori, quæ ab Exordio inchoatur, ueram ſalutis rationem proponit. Vbi conſideranda ſunt hæc omnia, quæ hic ordinè commemorantur, nempe: I. Magna miſericordia Dei. 2. Regeneratio in ſpem uiuam. 3. Reſurrectio Chriſti. 4. Hæreditas cœleſtis. 5. Potentia Dei. 6. Fides. 7. Probatio fidei. 8. Exultatio & lætitia. 9. Scriptæ Prophetarum. 10. Euangelium. 11. Gratia. 12. Gloria.

In altera parte ponit huius antecedentis conſequens, & hortatur credentes ad nouitatem uitæ quæ futuræ ſaluti reſpondet, ſectandam, ut, 1. Sobrietatem. 2. Spem oblatæ gratiæ. 3. Obedientiam. 4. Sanctitatem. 5. Inuocationem. 6. Timorem. 7. Dilectionem. Interſerit autem huius nouitatis egregias cauſas, ſcilicet nos à peccatis præcioſo ſanguine Chriſti redemptos, & per uerbum Dei regeneratos eſſe.

Secundum Caput itidem in duas partes diuiditur. Nam in altera pergit hortari credentes ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ſpirituales hoſtias offerendas, & ad bonam conuerſationem habendam etiam ad ædificationem fidelium. Et addit rationem, quia credentes omnes ſunt Sacerdotes, & ad uitæ ſanctitatem uocati. In altera diuerſorum ſtatuum informationem, in qua ad finem huius capitis informat primùm ſubditos ad politicam obedientiam erga Magiſtratum. Deinde ſeruos ad Oeconomicam obedientiam erga dominos. Et CHRISTVM *ipſum exemplum proponit, qui maiorem iniuriam ſuſtinuit.*

In tertio capite primùm de obedientia coniugali, de ornatu Chriſtianæ coniugis, & de tolerantia Mariti erga ſuam coniugem agit. Deinde pios omnes in genere monet, ut exerceant ſe in ueris Caritatis uirtutibus, & in Patientia, nec non in uera confeßione, pariter & in iuſticia bonæ conſcientiæ, rurſus in CHRISTO *caritatis & patientiæ exemplum adducens.*

Poſtremò locum egregium ponit de arca Noæ, quòd fuerit figura Baptiſmi. Quid autem uelit per prædicationem à Chriſto factam, quibusdam Spiritibus non credentibus tempore Noæ, nos ignoramus, & ipſi Magiſtro, nempe Spiritui ſancto ueram huius loci interpretationem reſeruandam eſſe iudicamus.

In Quarto capite pergit pios omnes hortari, nunc ad ſobrietatem, uigilias, modeſtiam, oratio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

nem, & mutuam caritatem, nunc ad alios fidei fructus, iuxta uarietatem donorum, cum pacientia & gaudio in adflictionibus propter Chriſtum omnibus benefaciendo.

In Quinto capite perſonas Eccleſiaſticas ſub titulo Presbyteri nunc ad paſcendum gregem, nunc ad rectè uiuendum informat & inſtituit. Deinde iuuentutem ad obedientiam hortatur. Mox omnes in genere uult humiliari, Deo confidere, ſobrios eſſe, uigilare contra aduerſarium Diabolum, & ei in fide reſiſtere. Poſtremò concludit Epiſtolam ingenti conſolatione, quod Veritate ad fidem ſciant ſe ſubinde à Deo confirmari & corroborari.

DE POSTERIORI EPISTOLA PETRI.

TRia ſunt tantùm capita. Primum contra Hypocritas. Secundum contra Antichriſtum. Tertium contra Epicureos. Petrus enim in Primo capite uult fidem & fidei uocationem ut certam oſtendi bonis operibus, ne ſit fides ut inane ſomnium ſine uirtute, ſcientia, continentia &c. cùm non ſit ex auditu fabularum, ſed Euangelij, quod Petrus iam ſenex & certiſſimus teſtis, quippe qui adfuit etiam in transfiguratione Chriſti, commendat pijs omnibus ab ipſo autore ſacræ ſcripturæ, ſcilicet Spiritu ſancto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

In Secundo capite præſtat idem quod Chriſtus ipſe, cùm inquit Matthæi 7: Attendite à falſis Prophetis. Et Paulus Actorum 20: Attendite uobis, &c. Item Philip. 3. Videte Canes, uidete malos operarios, &c. Nam admonet hîc Petrus pios de falſis Doctoribus, & de Antichriſto uenturo, de quo uaticinatur, ſicut & Paulus, 1. Timoth. 4. Primùm deſcribit illorum damnationem adductis tribus egregijs exemplis, I. De Angelis. II. De perditis in Diluuio. III. De Sodomitis. Deinde ſuis coloribus eos depingit, quòd poſt carnem in concupiſcentia immundiciæ ambulant. Poſtremò ponit ſatis horrendam de talibus ſententiam, additis duobus prouerbijs de Cane & Sue, quibus exprimit poſteriora talium eſſe deteriora prioribus.

In Tertio capite pios admonet, ut ſibi caueant ab Epicuræis, id eſt, prophanis hominibus, iuxta proprias concupiſcentias ambulantibus, qui ſolummodo hanc uitam reſpiciunt, non futuram, & in ore ſemper habent: EDAMVS, ET BIBAMVS, CRAS MORIAMVR. Item: Poſt mortem nulla uoluptas. Item: Quæ ſupra nos nihil ad nos. Contra quos aſſeuerat Petrus, haud dubiè uenturum eſſe extremum diem, in quem cœlum & terra ſunt igni reſeruata, ſuoq́; tempore magno impetu peritura. Quare etiam ne-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ceſſarium eſſe adfirmat, ut quiſq; piorum. in ſtatu uiuere ſtudeat, in quo uocatus ex hoc Mundo tutò & confidenter audeat mori.

DE PRIMA EPISTO- LA IOANNIS.

DIVVS IOANNES, Apoſtolus & Euangeliſta, qui hanc Epiſtolam ſcripſit, ut in cœna ſuper pectus Domini IESV CHRISTI recubuit, & ex fonte Saluatoris aquam dulciſsimam hauſit: Ita ſpirat hîc quoq; meram charitatem, & Dei erga nos, & noſtram erga Proximum. Dei quidem, ut ea per fidem apprehenſa, gratis & ſine noſtris operibus iuſtificemur, & uitam æternam conſequamur. Noſtram uerò, ne fides ſit ocioſa, ſed per charitatem operetur. Alioqui non eſt uera fides, ſed fucata tantùm, cuius tria ſunt ſigna, ſcilicet, I. Non luctari contra peccatum. II. Non cauere falſam doctrinam. III. Odio habere proximum.

Quinq; ſunt capita, quæ ſic in una & eadem materia cohærent, ut uix à ſe inuicem diſcernì queant. Omnia conueniunt cum ipſius Euangelio, præſertim cum his duobus mandatis Chriſti: Creditis in Deum, & in me credite. Item: Mandatum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

nouum do uobis, ut diligatis uos inuicem. Quæ duo mandata coniungit Ioannes in hunc modum capite tertio: Et hoc eſt mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius IESV CHRISTI, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis.

Eſt igitur Epiſtolæ ſumma, de fide & caritate. Capita uerò ſic utcunq; poſſunt diſcerni.

In Primo capite poſt captationem beneuolentiæ ab officio & teſtimonij certitudine, de æterna uita propter ſocietatem, id eſt, Eccleſiam ſeu Sanctorum communionem, & gaudium perfectum, totius Epiſtolæ expoſitionem hanc ponit, quòd ſanguine Ieſu Chriſti emendati, nec non in Euangelij luce ambulantes, & in ſocietate Sanctorum manentes, non debent in Tenebris, hoc eſt, ſine operibus bonis ambulare, ſed in LVCE, id eſt, in Fidei per bonorum operum exercitium oſtenſione, pariter & in uera peccatorum confeßione.

In Secundo capite poſt Euangelicum locum de CHRISTO aduocato & propiciatore noſtro, primùm arguit eos Mendacij, qui fidem iactant, & nihil boni operantur, & eum qui frenum odit, adhuc carere, fide contendit. Deinde ſingulas ætates admonet, ut in eo quod à Deo acce-

perunt,

perunt, permanere uelint. Poſtremò iubet ut uitent falſas opiniones & iniuſtas cupiditates Mundi, & Antichriſti. Per Vnctionem intelligit ſpiritū ſanctum. Antichriſtos uerò uocat Pſeudoapoſtolos, qui tunc fuerunt. Deinde alios, ut hæreticos, quorum quidam Diuinitatem, quidam uerò humanitatem Chriſti negauerunt.

Porrò ſuper hunc locum egregium: QVI DICIT, SE IN CHRISTO MANERE, DEBET SICVT ILLE AMBVLAVIT ET IPSE AMBVLARE, &c. non pigebit Diui Auguſtini pulcherrimam expoſitionem ex libro de uita Chriſtiana, capite 14. adſcribere, qui ſic inquit:

CHRISTIANVS ILLE EST.

1. Qui omnibus Miſericordiam facit.
2. Qui omnium mouetur iniuria.
3. Qui opprimi pauperem, ſe præſente, non patitur.
4. Qui miſeris ſubuenit.
5. Qui indigentibus ſæpe ſuccurrit.
6. Qui cum mœrentibus mœret.
7. Qui dolorem alterius ſicut proprium ſentit.
8. Qui ad fletum fletibus alienis prouocatur.
9. Cuius omnibus communis eſt domus.

10. Cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

10. Cuius ianua nemini clauditur.
11. Cuius menſam nullus Pauper ignorat.
12. In cuius domo panis cunctis offertur.
13. Cuius bonum omnes norunt.
14. A quo nemo ſentit iniuriam.
15. Qui Deo diu noctuq; deſeruit.
16. Qui Dei præcepta indeſinenter meditatur & cogitat.
17. Qui Pauper Mundo efficitur, ut Deo locuples fiat.
18. Qui inter homines habetur inglorius, ut coram Deo & Angelis glorioſus appareat.
19. Qui in corde ſuo nihil habet ſimulatum uel fictum.
20. Cuius ſimplex & immaculata eſt anima.
21. Cuius conſcientia fidelis & pura eſt.
22. Cuius tota mens in DEO eſt.
13. Cuius omnis ſpes in Chriſto eſt.
24. Qui cœleſtia potius quam terrena deſiderat.
25. Qui humana ſpernit, ut poßit habere Diuina. Hæc Auguſtinus.

In Tertio capite perſiſtit in adhortatione de nouitate uitæ ſectanda, ductis argumentis primùm à charitate Dei erga nos. II. A ſpe uitæ æternæ. III. Ab officijs Chriſti, quæ ſunt, Tollerare peccata, & diſſoluere opera Diaboli. IIII. Ab efficiente cauſa Peccati, ſcilicet Diabolo. V. Ab efficiente

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

ciente cauſa Iuſticiæ, nempe Deo. VI. A Iuſticia bonæ conſcientiæ. VII. Promiſsione & mandato. VIII. A charitate Chriſti erga nos.

In Quarto capite Chriſti doctrinam confitendam, Antichriſti uerò cauendam eſſe hortatur. Deinde pergit ad finem capitis admonere de charitate, facta egregia & ſuaui collatione inter charitatem DEI erga nos, & charitatem noſtram erga Deum & proximum, ut inter cauſam efficientem & effectum.

In Quinto capite fidem ipſam proſequitur, unde proueniunt omnia bona opera, cui adſcribit uictoriam, & quam triplici teſtimonio, ſcilicet, Spiritus, Aquæ & Sanguinis, id eſt, uerbi Dei, & duorum Sacramentorum, confirmandam eſſe docet. Deinde credentes de uita æterna certiores facit, pariter & de exauditione. Poſtremò diſcernit peccatum non ad mortem à peccato ad mortem, id eſt, peccatum in Filium, à peccato in Spiritum ſanctum, remiſsibile ab irremiſsibili.

Sunt autem PECCATA IN FILIVM, ea quæ per carnis fragilitatem fiunt ab ijs, qui credunt in filium Dei, & qui agunt pœnitentiam.

PECCATA VERO IN SPIRITVM SANCTVM, quæ fiunt ab impijs, ſunt primùm, Impugnatio agnitæ ueritatis. II. Inuidentia fraternæ gratiæ. III. Finalis impœnitentia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE SECVNDA EPISTOLA IOANNIS.

IN hoc unico capite huius Epiſtolæ Ioannes primùm ſe uocat Seniorem, quia Præsbiter fuit, & ſummus Apoſtolus, iam ſenex. Vixit enim ad tempora Traiani Imperatoris, ſub quo obijt, ut habetur in hiſtorijs, anno Chriſti centeſimo primo, ſuæ uerò ætatis Nonageſimo. Deinde Electam dominam, id eſt, præſtantem genere & uirtute hortatur, primùm ad Dilectionem, deinde ad perſeuerantiam in doctrina Chriſti. Poſtremò doctrinæ Chriſti oſores excommunicandos eſſe monet.

DE TERTIA EPISTOLA IOANNIS.

IN hoc unico Epiſtolæ capite tres uiros nominat Ioannes, quorum primum, Caium nempe, cui ſcribit, & quem filium uocat, à Veritate ſeu uero uerbo Dei, deinde à Caritate, Poſtremùm ab hoſpitalitate commendat. Alterum uerò Diotrephen Epiſcopum impium, non tantùm ut obtrectatorem & inuectiuum, ſed etiam ut inhoſpitalem & Chriſtianorum fratrum oſorem, & excommunicatorem acriter obiurgat & reprehendit. Tertium Demetrium nunc aliorum, nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

quoq; ſuo teſtimonio propter Veritatem, id eſt, Verbi Dei cognitionem & obedientiam commendat.

DE EPISTOLA IVDAE.

HIc IVDAS *cognomento* THADEVS, *fuit filius Alphæi frater Iacobi Minoris ut uocant, & Simonis. Et ipſe Apoſtolus hoc unicum huius Epiſtolæ caput ſcripſit, in quo per omnia reſpondet ſecundo capiti ſecundæ Epiſtolæ Petri.*

Primùm enim minatur hæreticis & falſis doctoribus extremum malum, adducens in medium Exempla Aegyptiorum. II. *Angelorum.* III. *Sodomorum.* IIII. *Cain.* V. *Balaam.* VI. *Coræ, depingit eos ſuis coloribus. Deinde (ſicuti & Petrus) quales ſint deſcribit, quæ deſcriptio quos concernat noſtro ſæculo, non eſt obſcurum iudicare. Poſtremò pios omnes hortatur ad perſeuerantiam.* I. *In fide.* II. *Spiritu ſancto.* III. *Oratione.* IIII. *Dilectione.* V. *Expectatione miſericordiæ Dei.* VI. *Miſeratione.* VII. *Nouitate uitæ. In ſumma, uult pios ſeruare fidem, & cauere falſam doctrinam.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

DE APOCALYPSI IOANNIS.

Hiſtoria Eccleſiaſtica tradit, Ioannem ſub Imperatore Domiciano relegatum in Pathmos Inſulam, ibiq; hanc Apocalypſin, hoc eſt, reuelationem ſcripſiſſe. Deinde uerò poſt mortem Domiciani, cùm ex Inſula Pathmos rediſſet Epheſum, ſcripſiſſe ſuum Euangelium contra Hæreticos Marcionem, Ebionem & Cherinthum.

Continet autem hic Liber, ſub nomine Reuelationis, prophetiam de fortuna, rebus & euentu Eccleſiæ deriuatiuæ, hoc eſt à primitiua Eccleſia deriuatæ & deriuandæ, uſq; ad finem mundi.

Diuidi non incommodè poteſt.
- I. In Sigilla.
- II. In Tubas.
- III. In Phialas.

SEPTEM SIGILLA ſignificant perſequutionem Eccleſiæ, quæ facta eſt à Tyrannis, Domiciano, Traiano &c. quæ incepit quidem in primitiua Eccleſia tempore Apoſtolorum, ſed durauit deinde per Trecentos annos, uſq; ad tempora Conſtantini. Deſcribitur autem in hoc Libro, Capite 4. 5. 6. & 7.

TVBAE ſignificant hæreſes, ut Arrij, Sabellij, à temporibus Conſtantini uſq; ad tempora Theodoſij,

odoſij, per alios Trecentos annos. Imo uſq; ad Mahometum & Papatum. Hîc uerò deſcriptæ ſunt ab 5. Cap. ad 16. incluſiuè.

PHIALAE ſignificant plagas Antichriſti per hos Nongentos annos, à tempore Bonifacij Papæ uſq; ad hæc noſtra tempora, de quibus hîc legas à Cap.17. uſq; ad finem libri.

Poteſt & aliter diuidi, ſcilicet in SEPTEM VISIONES, id eſt, figuras, mirabiliter oſtenſas menti & oculis omnium Viſio prima, de ſeptem Eccleſijs Aſiæ Minoris. Secunda, de Chriſto exaltato, & Eccleſia. Tertia, de diſcipulorum Chriſti ſedulitate. Quarta, de adflictione Eccleſiæ. Quinta, de perſequutione nouiſsima ſub Antichriſto. Sexto, de extremo iudicio. Septima de uictoria Chriſti & Eccleſiæ. In ſumma deſcribit 1. regnum Chriſti, 2. conſolatur adflictos pios. 3. Perterrefacit Tyrannos. 4. deſcribit Sacerdotium Chriſti. 5. Commendat preces Sanctorum. 6. Reuelat Hiſtorias noui Teſtamenti.

POSSVNT ET IN HVNC MOdum Capita diſcerni.

A Primo capite uſq; ad 4. eſt præfatio, quæ primùm continet harum reuelationum commendationem, ab efficienti cauſa, ſcilicet DEO. Deinde commonefactionem ad ſeptem Epiſcopos Eccleſia-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

rum Minoris Aſiæ, quos uocat Angelus, CANDELABRA, STELLAS *&c. propter miniſterium Verbi.*

A Quarto capite uſq; ad 8. eſt prima pars Libri, de Septem Sigillis, ubi primùm per Seniores intelligere uidetur Prophetas. 2. Per Animalia, Euangeliſtas. 3. Per Volatilia, doctrinam, 4. Per Agnum, CHRISTVM *ipſum. 5. Per Angelos Miniſtros uerbi. 6. Per Sigilla, perſequutiones. 7. Per Equos, Tyrannos. 8. Per ſignatos, electos ex Iudæis. 9, Per Turbam electos ex Gentibus. 10. Per Librum, Miniſterium reuelationis.*

Ab Octauo capite uſq; ad 15. eſt Secunda pars libri, de TVBIS, *ubi primùm per Tubas intelligit Hæreſes. 2. Per Stellas, Hæreticos. 3. Per Angelum, Miniſterium uerbi. 4. Per librum Euangelium. 5. Per Templi menſurationem, Religionem. 6. Per ciuitatem ſanctam, Eccleſiam. 7. Per duos teſtes, Prophetas & Apoſtolos. 8. Per Mulierem, Eccleſiam. 9. Per duodecim Stellas, duodecim Tribus. 10. Per prælium, prædicationem Euangelij. 11. Per Michaelem, Chriſtum. 12. Per beſtiam, Monarchiam Romanam. 13. Per Agnum, Chriſtum. 14. Per uocem Tonitrui, uerbum Euangelij. 15. Per canticum nouum, Euangelium. 16. Per Mulieres, Idolatras. 17. Per Virgines ſincerè Chriſtianos.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

A Decimo ſexto capite uſq; ad finem, eſt Tertia pars libri, ubi uult intelligere primùm per beſtiã, Monarchiam Romanam. 2. Per Meretricem, idolatriam Antichriſti. 3. Per poculum aureum, ſplendidam hypocriſin. 4 Per Caractèrim, certum ſignum Antichriſti. 5. Per Phialas, plagas Antichriſti. 6. Per nuptias Agni, humanitatem Chriſti. 7. Per nomen ſcriptum, diuinitatem Chriſti. 8. Per cœlum nouum, & terram nouam, imaginem uitæ æternæ. Ad quam nos peruenire faciat is, qui ſacram hanc ſuam ſcripturam precioſo ſuo ſanguine credentibus obſignauit, Chriſtus Ieſus, Dominus & Saluator noſter, qui cum Patre & Spiritu ſancto ſit benedictus in ſæcula. Amen.

Sit igitur hæc uia rudioribus peruagandi Scripturam Sacram, ut prius fiant Textuales (ut uocant) hoc eſt, ut textum & textus cohærentiam probè cognitam habeant, quàm difficillimarum ſententiarum ex commentarijs quærant explicationem, ad gloriam Dei ſempiternam. Amen.

FINIS.

SOLI DEO GLORIA,

AB AEVO IN AEVVM.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Johannes Apocalypses usitate in 7 distinguitur visio-
1: cap: 3 primis luculentaq habet descriptionem
Regis et Sacerdotis Supremi Ecclesiæ Xsti
Servatoris et totiq gubernationis Ecclesiasticæ in
hac vita formamq atq statum sub imagine 7 Ecclesi-
arum spectandum exhibet.
2. a quarto cap: 4 ad 8 imagines Regni et guberna-
tionis divinæ, et seductiones de servatoris Ecclesiæ
cruciatibus corporalibus, similiter consolationem de per-
petua Ecclesiæ conservatione et gloria æterna
sub imagine septem sigillorum et Angeli signantis
servos Dei in frontibus suis proponit.
3. visio cap: 8 et 9 seqq corruptelas dogmatum
et hæreses in Ecclesia in Ecclesia grassantes
imagine 7 tubarum depingit.
4. Visio cap: 12, 13 et 14 certamen Ecclesiæ
cum Dracone et veteri et novo Imperio Roma-
no et descriptionem et revelationem Antichristi
Romani luculenter comprehendit. cap: 14
5. Visio calicem iræ Divinæ cuius mentio
facta erat distributumq in 7 phialas effundit
in cultores bestiæ, cap: 15 et 16.
6. Visio a cap: 17 usq [illegible] ad 21 horrendas
meretricis Babylonicæ sive Antichristi
Romani, et cultorum ipsius pœnas, Resurrecti-
onem item mortuorum et judicium extremum de-
scribit.
Visio cap: 21 et 22 beatamq piorum consuetudi-
nem de Deo et [illegible] æternamq gloriam in
pictura piæ et coelestis Jerusalem spectandam
nobis exhibet
atque hæc de πειρασμοῖς sive [illegible]
Soli Deo Gloria.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1275 8° [A-trykket] copy 1